

D E C R E T U M

DE APOCRYPHIS INDULGENTIIS
AB INNOCENTIO XI.
APPROBATUM.

3813 **D**elatæ sepius fuere ad Sacram Congregationem Indulgentiis, sacrifque Reliquis præpositam, Indulgentiis quædam confecta, & omnino falsæ, quæ per diversas Orbis Christiani partes circumferuntur; aliæ vero examinandæ, quæ adhibito studio inventæ sunt, vel apocryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocare, vel nullæ, quod datum eis tempus præterisset: quarum quidem plurimæ, cum non facilem cognitionem habeant Christi fideles harum rerum, minus peritos fallunt, qui sepe indulgentiæ, remissionis peccatorum suarum consequentiæ frustrantur. Quæ omnem eadem Sac. Congregationem vehementer cupiens huic malo magis in dies serpenti occurrere, animatum prosequi, & Indulgentiarum dignitati consulere, plures illarum singulari diligentia colligi, & indidem referri curavit.

Tales in primis sunt illæ, uti asserunt, concessæ à Joanne II. & Sixto IV. recitantibus orationem charitatis Jesu Christi Domini Nostri, *Prece te, pissime Domine, &c.* ab Urbano II. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ut vulgo dicitur solet, Campagnolæ, & Sanctæ Victoriæ, ab Eugenio III. Revelationis de Plaga in numero Jesu Christi, factæ S. Bernardo, ab Innocentio III. Archiconfraternitati, & Ordini Redemptionis, à Bonifacio IX. Visitantibus Capellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die festo, à Joan. XXII. oculantibus mensuram plantæ pedis Beatæ Mariæ Virginis, ab Alexandro VI. Imagini Beatæ Mariæ, vulgo dicte Lagetthi, à Leone X. gestantibus funiculum S. Francisci, primum in Urbe impressæ, deinde Mediolani anno 1665. (suas tamen habent, & veras, Confratres Archiconfraternitatis Chordigerorum Sancti Francisci) recitantibus Salutationem Angelicam ad pulsum horelogii, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis Immaculatæ in circulo depictæ, cujus pedibus Luna subjacta est, à Pio IV. vel S. Pio V. Principi Senarum, à Clemente VIII. dicentibus Orationem: *O magnam mysterium, &c.* & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quam vocant, Montis Serrati, Avenione impressæ, tum aliæ pro animabus Christi fidelium defunctorum, impressæ Matriti 20. Julii 1606. à Paulo V. cantantibus Hymnum: *Te Matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem confitemur, &c.* vel si die

Sabbati intererint, dum idem canitur, & Coronis, Rosariis, Imaginibus, & Numismatibus, quæ Medalis appellant, ab eo benedictis, Frederico Cardinali Borromeo supplicante anno 1611. dum Ecclesiæ Romæ in honorem Sancti Caroli edificaretur, & ab eodem Paulo, & Gregorio XV. dicentibus: *Sia ledato il Santissimo Sacramento, Læus Santissimo Sacramento*, ab Urbano VIII. in honorem ejusdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus, celebrata Missa, dicentibus: *Ave filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii, &c.* à Clemente X. recitantibus mane, meride, & vespere consuetam Antiphonam, *Angelus Domini, &c.* & in fine, *Deo Gratias, &c.* Marcæ. Ac demum aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tribuæ, aut ajunt, Coronæ Mysteriorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi, prece Magni Ducis Etruriæ.

Tales Indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, quæ repetita quinque Oratione Dominica, & Salutatione Angelica, unam liberari animam quolibet die à Purgatorio penis affirmant. Tales aliæ Perusi Confraternitatis Sanctorum Sebastiani, & Rochi, & Romæ Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani. Tales demum aliæ Cruce signatorum S. Euforgii Mediolani, Arimini, & Bononiæ.

Ejus generis sunt & illæ concessæ, ut ajunt, Capellæ Rosarii in Ecclesiâ Sancti Antonii de Rovigo, seu Rodigii, vel Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis Bergomi, aut Sancti Petri Montis Todoni die festivo Inventionis Sancti Hilli. Crucis, vel gestantibus funiculum S. Francisci de-Paula, vel celebrantibus Missas S. Augustini, aut alias quinque in honorem, quinque festivitatum B. V. vel recitantibus Officium Sanctæ Franciscæ Romanæ, aut Antiph. *O Passio magna, &c.* in memoriam Passionis Jesu, aut Rosarium S. Annæ (quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat) aut Orationem, quæ impressa cum Immagine Sanctæ Annæ circumferri solet, *Ave gratia plena, &c.* (quæ oratio prohibetur) aut Officium Conceptionis B. V. Immaculatæ, quod asserunt à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem: *Deus, qui nobis in Sancta Sindone, &c.* (excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671. concessa precibus Ducis Sabaudæ ad annos 25. cunctis in illius ditione dentibus) aut aliam: *Ave filia Dei, &c.* post Communionem recitandam, vel aliquo conspicuo ligno venerantibus Sancti Hilli. Eucharistiæ Sacramenti nomen. Indulgentiæ rursus octoginta millium annorum veteri de Tabula extrixit, quam in Basilica Lateranensi advariaverit affirmant, pro dicentibus Orationem illam.

iam vere piam: *Deus, qui pro redemptione mundi, &c.* tum quæ impressæ fuerunt Papæ anno 1670. sub hoc titulo, *Sommario dell' Indulgentie concesse dalla Sanità di N. S. Papa Leone X. all' Immagine della Concezione della Gloriosa Vergine Maria*, vel Pisauri sub nomine Beatæ Joannæ anno 1608. evulgatæ, vel Barlette, seu Barali à recitantibus quædam non sane malas Orationes lucranda; vel Parmæ à visitantibus per Quadragesimæ dies Ecclesiæ Tertii Ordinis Sancti Francisci; vel Pistorii, & Vastallæ à recitantibus Orationem, *Ave Sanctissima Maria Mater Dei, Regina Cali, &c.* & aliæ in peculiari impresso libro descriptæ, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumerandæ sunt, quæ Crucibus Caravacensis tribuæ dicuntur, vel Coronæ, sive Stellario Conceptionis Virginis Immaculatæ, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloyisæ ab Ascensione Hispanæ Mozalis Ordinis Sanctæ Clare, vel Mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini Nostri, vel Imagini, aut Mensuræ vulneris lateri ejus inflicti, vel Orationi, ut ajunt, in Sepulchro Domini nostri repertæ, & Indulgentiæ, ut ajunt, innixæ revelationi factæ Sanctis Birgitte, Mechildi, & Elisabeth, vel Beatæ Joannæ de Cruce, & concessæ, ut asserunt, granis, quæ aliquod ex tribus granis tergerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Militum Generalem Fratrum Minorum Observantiæ Sancti Francisci.

Omnes vero, & singulas jam dictas Indulgentias Sac. Congreg. partim esse confectas, & plene falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alto capite nullas, quæ nemini suffragari possunt, easque in futurum ullo in loco ut veras publicari, & lucrandas Christifidelibus proponi vetat; Foliæque, & Libros, ubi sic proponuntur, seu alteruntur, omnino præcipit aboleri, nisi prædictæ Indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ; nec ideo tamen vult, alias, quas hoc Decretum non continet, pro veris & legitimis, taciteque probatis haberi.

Ac demum omnes Indulgentias concessas ante Decretum Clemen. VIII. latum die 9. Januarii 1597. Coronis, Rosariis, Granis, seu Calcuis, Crucibus, & Imaginibus Sacris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit. *Romani Pontifex, &c.* editum 23. Marti anno 1606. personis Regularibus quarumcuque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115. Examen Ecclesiæ.

Clemen. VIII. cujus initium: *Quecunque, &c.* & 68. Pauli V. incipientem: *Que salubriter, &c.* habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate etiam Jesu, Capitulo, vel Cætu quocunque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliisque personis, vel persona, etiam individuum, vel ejus mentio specialis, & individua faciendæ esse, nisi fuerint deinde Romanis Pontificibus auctoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullus esse roboris, & momenti pariter declarat.

Porro Summaria Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinæ Christianæ, Confraternitatibus Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Rosarii, B. Mariæ de Mercede, & Redemptionis Captivorum, B. Mariæ de Monte Carmelo, Cinclearæ S. Augustini, & S. Monicæ, nisi ab eadem Congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentiæ vero Stationum Ubis, quæ à Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio vel communicate sunt, vel communicantur interdum aliquibus locis. Ordinibus aut personis, debitis tantum Stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat; semel autem duntaxat in die Plenariæ Indulgentiam in certis dies Ecclesiæ visitantibus concessam, vel aliud piæ opus peragentibus, lucriferi.

De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolanter servari jussit. Datum Romæ die 7. Martii 1678.

Aloysius Card. Homadeus.

Loco S. Signilli.

Michael Angelus Riccius Secr.

ALTARE PRIVILEGIATUM

3814 **E**st illud, in quo à Summo Pontifice concessa est Indulgentia Plenaria pro defunctis; quam quidem potest Papa animabus Purgatori concedere, eas liberando non directè, & immediate per modum absolutionis, & iudicii, ut facit pro vivis, cum non sint illi subiectæ; sed per modum suffragii, seu cuiusdam auxilii, ostendendo Deo de thesauro Ecclesiæ satisfactioes pro modum pretii condigni pro earum liberatione.

3815 Indulgentia Altaris privilegiati, aut alia pro animabus Purgatori concessa, certo & infallibiliter suum habet effectum, D. Thomas in 4. dist. 21. qu. 2. art. 2. q. 2. Magistrus dist. 22. qu. 2. num. 46. Diana par. 9. r. 2. ref. 3. Villalob. & communior contra Layman, & alios.

Dd

alios. Ratio est; quia ex una parte pretium quod offertur, est æquale debito; nam offert de thesauro Ecclesie consistente in satisfactionibus Christi, B. Virginis, & Sanctorum, qui est superabundans, & nunquam deficiens: v. tom. 2. pag. 670. num. 241. Ex alia parte habetur promissio Dei de tali pretio acceptando, inclusa in articulo fidei de communionem Sanctorum, & expressa in verbis Christi Matth. 16. *Quocumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.* Quae promissio est universalis: *Quocumque*, & non excludit animas Purgatorii, qui *super terram*, cadit supra solutionem activam, non supra passivam.

3816 *Communio Sanctorum* consistit in hoc, quod corpus Ecclesie Catholice, seu universalis, prout comprehendit tres partes, *missantem*, scilicet viatorum in hac vita contra hostes animæ militantium, *satisfacientem*, in alia vita in Purgatorio satisfaciendum; & *triumphantem*, Beatorum in Paradiso Deo fruendum, est ita perfecte unum, ut unus membri bono participet cætera membra, ex Apof. ad Rom. 2. & ex *Psal.* 118. sic nostræ orationes, & sacrificia juvant animas Purgatorii; orationes vero Sanctorum nos juvant, & illas.

3817 Hinc colliges 1. Differentiam inter f. flagia, quæ à fidelibus propria auctoritate sunt pro animabus Purgatorii, & inter ea, quæ sunt auctoritate Apostolica; nam illa ostentur per modum simplicis deprecationis, & impetrationis, ut Deus de congruo acceptare dignetur; hæc vero per modum compensationis, & condigne satisfactionis ex vi condigni pretii, quod offertur, & promissionis Dei de eo acceptando, inclusa in articulo fidei de communionem Sanctorum, & expressa in verbis Christi.

3818 2. Quod nulla Indulgentia valeat pro defunctis, nisi fit expressè à Papa concessa pro illis; quia nullus potest dispendere, & offerre pretium pro illis de bonis communibus Ecclesie, quæ sunt satisfactiones Christi, & Sanctorum, nisi fuit Papa.

QUÆRES I.

3819 In concessione Altaris privilegiati apponi solet clausula, *dammodo in Ecclesia tot, v. g. quindecim Missæ celebrentur quotidie*, An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?

Diana *part. 9. tr. 2. ref. 9.* nil de suo apponens refert. Bordonius *tom. 2. ref. 91. n. 8.* eique adhæret videtur. Qui respondet non tenere, si numerus Missarum præscribitur tantum conditio.

3820 Adit tamen contra Rodr. Silyium,

& alios, talem clausulam regulariter non esse conditionem ad valorem privilegii necessariam, sed apponi narrative, attenda supplicatione facta, in qua est expressus conventus, aut magnus sacerdotum numerus; narrativa autem nec conditionem, nec jus facit, ex *cap. Ex litteris 3. de fide instrum.*

Quod suaderi potest; nam in similibus Brevis non semper idem numerus sacerdotum celebrantium præscribitur, sed aliquando septem, aliquando quindecim, & aliquando quadraginta; quæ diversitas non aliunde oritur, nisi ex diversitate expolitorum in supplicationibus, ad quæ summus Pontifex attendit.

3821 Tum quia particula, *dammodo*, regulariter modum significat, non conditionem; Tamb. *in Nich. celebr. Miss. lib. 1. cap. 4. §. 4. n. 41.* Barb. & Sanchez: qui modus non constituit ius factum, nempe privilegium; sed adjuvatur actu perfecto.

Masilrus *disp. 23. Leander tr. 5. de panis. disp. 14. Diana p. 9. tr. 2. Ardekin in tom. 2. p. 240.*

QUÆRES II.

3822 *Beneficiarius nimio suo labore, & magna Curie difficultate, concessionem Altaris privilegiati obtinuit cum clausula, dammodo quotidie quatuor Missæ in ea Ecclesia celebrentur, An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?*

Resp. tenere, si id fiat rato, aut aliquo casu fortuito; minime si fiat communitate, Diana *part. 9. tr. 2. ref. 9.* Rodr. & alii apud ipsum.

Ratio primæ partis est; quia hæc accipienda sunt humano modo, & moraliter, ut frequentius accidunt, *l. 2. a. 5. & 6. ff. de leg. & splendor Ecclesie non amittitur ex defectu Missarum*, qui fortuito & raro contingit.

3823 Ratio secundæ partis desumitur ex resolutione prioris questus. In tantum enim in consuetis clausulis, *dammodo triginta, quoddecim, septem Missæ quotidie celebrentur*, diximus dictas clausulas non apponi regulariter ut conditiones, sed narrative, & ut modum; adeoque, si pauciores dicantur, non cadere concessionem; quia cum pauciori numero servatur sufficiens cultus, & decor Ecclesie, qui pro concessione Altaris à Pontifice intenditur. Non ita res se habet in casu, quia clausula quatuor Missarum non est regularis, sed extraordinaria, & singularis, & si minus quam quatuor Missæ celebrentur, non servatur cultus, decor, & splendor Ecclesie à Pontifice pro con-

est.

cessione intentus (quæ fuit causa laboris, atque nimie difficultatis) adeoque colligimus, dictam clausulam appositam esse taxative, ut conditionem, atque inde concessionem Altaris caderet, si communitate non servetur.

C A P U T IX.

De Jubileo.

3824 **J**ubilæus à verbo *Jabel*, quod apud Hebræos est *annus remissionis*, durare solet per quindecim dies, excepto Jubileo Anni Sancti, qui durat per totum annum.

3825 In eo conceduntur plures facultates. 1. Abolutionis ab omnibus censuris, & casibus reservatis, faciendæ à quolibet Confessario, approbato tamen ab Ordinario loci, excepto crimine hæresis formalis, nisi exprimat, ex Decr. Alexand. VII. 1656. 2. Commutandi, non dispensandi omnia vota, exceptis solum votis Castitatis, & Religionis, ac votis promissionis à tertio acceptatis: v. f. ult. de voto.

3826 Jubilæus non potest bis lucrari, sed f. mens. Busemb. *lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 4.* & Bonac. contra Ardekin *tom. 2. pag. 241.* qui plures pro se refert. Nam clare colligitur ex verbis Jubilæi.

3827 Qui omisit lucrari Jubilæum in sua patria, potest illum lucrari alibi, ubi tempus præscriptum non jam est elapsum. Qui post confessionem iterum peccat peccato reservato, potest iterum absolvi, si non expiraverit tempus. Si quis tempore Jubilæi incipit confessionem, quam tamen materialiter incompletam ob justam causam opus sit differri, potest tunc tolli reservatio, & fieri commutatio votorum. Imo Confessarius potest postea paratâ confessione restituere omnia, quam ante, quia causa manet potestas delegati, donec finiatur, Busemb. *cit.* Bonac. Dian. Confessarius potest abolutionem post Jubilæum differre ob occasionem proximam penitentis, vel quia penitens accessit ultimo die, & confessio non potest perfici.

3828 Qui peccat reservato in confessione Jubilæi, potest virtute Jubilæi absolvi, nisi expresse exceptentur reservata in confidentiam Jubilæi commissa. Aliud est peccare postea notitia, seu post notitiam Jubilæi, & aliud *in confidentiam* Jubilæi; nam *confidentiam* importat, quod notitia Jubilæi infusa in peccatum, & sit ejus causa, quatenus quis illud non faceret, si non haberet notitiam Jubilæi, & spem facilis abolutionis.

3829 Qui absolutus est à reservatis, si postea non implet alia opera, & Indulgentiam non lucratur, vere remanet absolutus, si quando confessus est, habuit intentionem veram, & non sictam lucrandi Jubilæum. Imo de eo, qui omnia opera neglexit, in fine tamen, v. ult. ultimo die, penitentia ductus accedit ad confessionem, & communionem, probabile putat Ardekin *tom. 2. pag. 242.* cum Diana *part. 5. tr. 12. ref. 26.* & aliis, quod Confessarius possit omnia opera præscripta in alias pias actiones commutare, & reddere eum participem Jubilæi, quia tunc est vere impotens ad opera præscripta peragenda. Eadem ratione addit contra Lugo, quod pro eo, qui omnibus præscriptis peractis, ultima Dominica communicare non potest, quia inadverte terribit, possit Confessarius communionem in aliud opus commutare: *vide à num. 3299.*

Quamvis autem pro confessionem invalidam virtute Jubilæi non tollatur reservatio, addit Clericus c. 122. n. 18. tolli reservatorem, si confessio invalida fuit facta Superiori, ita ut postea sufficiens confessionem repetere simpliciter Confessario, & ab eo absolvi; quia satisfacit intentioni Ecclesie pro confessionem reservatorum Superiori factam.

3830 Opera præscripta debent omnino intra unam & eandem septimanam impleri, imo tria jejunia non possunt illis diebus ejusdem septimanæ impleri, v. g. die Jovis, & c. sed fieri debent diebus præscriptis, Mercurii, Veneris, & Sabbati.

3831 Non potest quis propria auctoritate opus præscriptum etiam in melius commutare, sed solus Confessarius commutare potest, quando impotentia physica aut moralis adeat.

3832 Adolescentes, & senes, qui ex privilegio Ecclesie ante 21. & post 60. annum non tenentur jejunare, tenentur pro Jubilæo, quia est conditio appoiata ad gratiam Jubilæi: quod si habeant causam justam non jejunandi, peccat commutationem.

3833 Eleemosyna sufficit, quod fit modica, quia relinquatur arbitrio quantitas, licet impotentes dare eleemosynam, ut Religiosi, & alii pauperes, probabiler non tenentur ad aliud opus, ut vult Ardekin *to. 2. pag. 242.* Leander *tr. 5. de panis. disp. 14. quest. 53.* turis tamen est, ut commutationem petant. Dominus, si det famulo eleemosynam largiendam pauperibus, & famulus eam defraudet, & pro se retineat, Jubilæum non lucratur, quia non præstat in re opus præscriptum, Leander *cit. quest. 49.* Diana

na part. 9. tract. 12. resolut. 31. contra S3.

3824 *Quantum ad visitationem*: Si Ecclesia Regularium sit designata ab Ordinario pro visitatione, Regulares ibi commemorantes satisfaciunt eam visitando, Bardi contra Lyanum, quia Jubilaei simpliciter visitationem praescribunt. Si vero eorum Ecclesia sit designata determinate pro mulieribus, tunc tenentur visitare alienam Ecclesiam designatam pro viris. Visitatio fieri debet ex intentione lucrandi Jubilaeum, quia visitans debet orare pro intentione Pontificis.

3825 Per Jubilaeum Anni Sancti suspenduntur extra alia indulgentia, sed non pro confititibus in mortis articulo, neque suspenduntur Indulgentiae pro defunctis. Item per Jubilaeos non suspenditur Bulla Cruciatæ. Ita declaraverunt Gregor. XIII. Clemens. VIII. & Urban. VIII. apud Bafemb. lib. 8. cap. 1. dub. 2. quest. 3. & novissime Innocent. XII. Certum tamen est quod ut quis lucratur Jubilaeum, & eius indulgentiam, non indiget Bulla Cruciatæ in locis Bullæ, quia Jubilaeus est indultum generale specialiter à Summo Pontifice concessum independentem à Bulla.

CAPUT X.

De Bulla Cruciatæ.

3826 **B**ulla est diploma, seu Breve Pontificium, in quo multæ gratiæ conceduntur dantibus certam elemosinam in subsidium belli contra infideles, & hæreticos.

Taxa pro Bulla vivorum. Pro Cardinalibus Episcopis. Inquisitoribus, Dignitatibus, & utro insignibus quibusdam personis videlicet pro Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Proregibus, Commendatoribus, & aliis Officialibus Curia Suez Majestatis, eorumque uxoriibus, viris viventibus, octo reales, videlicet, monetae Siculae decem tarenis, & grana decem. Vidua vero, si nullo proprio titulo ex dictis gaudeant, erogare debent solum duos reales.

Pro communibus personis duos reales, videlicet duo tarenis, & duodecim grana cum dimidio: v. n. 3829.

3827 Non valet Bulla, si pro elemosina detur pecunia in individuo futiva.

Valet, si pecunia futiva fuerit immixta cum propria, ut discimus non possit, quia per mixtionem est factus dominus cum enter restituendi tantundem: vide à n. 2742. 2746.

Valet, si meretrix det pecuniam ex turpi

lucro; quia licet cum peccato, est iuste acquisita: v. n. 2781.

3828 Qui Bullam accipit credito, ea uti potest, si accipiat animo solvendi. Si vero accipiat credito animo solvendi, sed ob sui importentiam nullam habet spem illam solvendi, non fruitur privilegiis Bullæ; quia revera non est solviturus, & Bulla requirit elemosinam realem, saltem quæ certe spectatur.

3829 Bulla durat per annum à die publicationis, usque ad diem sequentis publicationis, quæ fieri solet Dominica Septuagesimæ.

Non potest quis ea uti, nisi vere illam habeat; non enim sufficit propositum accipiendi. Sufficit, si eam habeat domi.

Si eam amitteret casu, probabile est, quod possit ea frui; minime, si sponte projiceret.

3830 Qui accipit Bullam in loco, ubi valet, si accedat ad locum, ubi non valet, potest uti privilegiis Bullæ, exceptis privilegiis vescendi ovis, lacticiis in Quadragesima, & carnis de consilio utriusque Medici, in diebus, quibus prohibentur; quia expressè excipiuntur.

3831 Extraneus accedens ad locum Bullæ, quacunque causa, etiam sumenda Bullæ, si accipiat Bullam, potest ejus privilegiis frui, quod si redeat ad patriam, potest eisdem frui, exceptis privilegiis quoad carnes, & lacticia. Si vero alicui existenti extra Regnum Bulla ab alio accipitur, & remittatur Bulla, non potest ille Bulla frui; quia Bulla requirit, quod qui vult Bulla gaudere, quando Bulla accipitur, sit in eo loco, cui Bulla conceditur: v. n. 3832.

Per Bullam plura privilegia conceduntur, quæ ibi expressè referuntur, & praesertim

ABSOLUTIO A RESERVATIS.

3842 **P**er Bullam absolvi possunt omnes casus, & censuræ reservatæ, tam Episcopo, quam Summo Pontifici, tam in Bulla Cœnæ Domini, excepta hæresis formalis, & externa, etiam occulta, [de qua fufe in tom. 2. numer. 258. & à numer. 281. & hic à num. 3340. ad 3352.] hoc cum discrimine, ut casus reservati Episcopo, absolvi possint toties quoties; similiter casus reservati Papæ extra Bullam Cœnæ Domini, si sint occulti, etiam toties quoties; quia evadunt Episcopales, quatenus videlicet absolvi possunt ab Episcopo, ut in numer. 3588. Si vero sint publici, & pa-

riter casus Bullæ Cœnæ Domini, si sint publici, si sint occulti, absolvi possunt semel in vita, & semel in morte.

Si contingat, quod quis eodem anno cadat iterum in eodem casu publico, loquendo de reservatis Papæ extra Bullam Cœnæ, aut in eodem casu, si sint publicos, si sint occultos, loquendo de reservatis in Bulla Cœnæ, potest absolvi per secundam Bullam, pariter semel in vita, & semel in morte; at si contingat tertia vice, non potest accipere tertiam Bullam eodem anno: v. n. 3847.

3843 Doctores, qui tenent, posse Episcopum virtute Trid. abolvere à casibus reservatis in Bulla Cœnæ, si sint occulti, consequenter tenent, quod per Bullam, casus reservati Papæ tam extra, quam in Bulla Cœnæ, si sint occulti, possint absolvi toties, quoties; quia evadunt Episcopales. Vide dicta à numer. 3323.

3844 Dicitur *semel in morte*; & significatur, quod si quis in articulo mortis virtute Bullæ à reservatis absolvitur, si convalescat non tenetur se praesentare Superiori, cui tunc reservati; quod tamen facere debet, qui in articulo mortis à reservatis absolvitur sine Bulla. Omnino v. n. 3355. & 3356.

3845 Absolutio à censuris (ait Mendo in *epit. ver. Bulla Com. Cruc.*) nequit concedi, si detur pars iacta, nisi eam iactat, aut detur cautio sufficientis; nec potest concedi à censura turbentur, sed à cæteris. Attamen præstita satisfactio, aut cautio, seu data impotentia satisfaciendi, potest quis excommunicatus specialiter ab homine absolvi pro foro interno conscientie virtute Bullæ, à quacunque excommunicatione reservata, & à non reservata; & ab hac poterit absolvi à quovis Confessario absque Bulla. Quod idem dicuntur virtute Jubilæi, aut privilegii, si detur. Etenim hæc absolutio nullatenus perturbat ordinem judiciale, cum solum profit pro foro interno, ita ut absolutus possit gaudere suffragiis Ecclesie, & à peccatis absolvi; & pietas exigit, ut cum per ipsum non fiet, quominus absolvatur, non privatur eis bonis spiritualibus. At à censuris generalibus reservatis non potest quis ideo absolvi pro foro interno, nisi ab habente speciale jurisdictionem, quia illic censuræ reservatæ sunt etiam quoad forum internum.

Inde si absolutus pro foro interno obtineat Beneficium, tuta conscientia poterit illud retinere, & facere fructus suos, etio possit Judex cum illo privare. Imo si ille celebret, non manet pro foro interno irregularis;

Examen Ecclesiasticum.

est sit puniendus, & habendus ut irregularis pro foro externo. Quod si excommunicatus non debeat satisfacere cuiquam, sed egerit concubinam, aut quid simile, neque absolvi, nisi illud exequatur. Si autem sit pars iacta in casibus, in quibus non tenetur restituere ob impotentiam, aut quia nequit incommode gravi sui status, non tenetur satisfacere; nam satisfactio est etiam restitutio.

In articulo mortis potest prælati absolutio à censuris, dum consistit, à moribundis relinquere in testamento, aut aliter, hæredibus obligationem satisfaciendi. Qui vel ex iure ordinario, vel ex delegatione absolvitur, non præstita satisfactio, aut cautio, absolvetur valide, sed illicite, quia non servat in ter gravi juris formam. Idem dicit, si absolvat virtute Bullæ; nam clausula addita de satisfactioe præstanda, non est imitativa potestatis, sed admonitio formæ ritus. Et quidem id amplius censetur, si moribundus absolvetur, non petita satisfactioe, nec cautione; nam præter Ecclesiam non vult, ut in his casibus negligentia Confessariorum in suo munere obduendo præjudicet penitenti.

3846 Virtute Bullæ non potest dari absolutio à cessatione à divinis, & ab interdicto, siue generalis, siue specialis, localis, siue personalis, quia Bulla est pro censuris, quæ impediunt receptionem Eucharistie, vel Sacram. Pœnitentiæ, non aliis, cuiusmodi sunt cœnæ censuræ. Nec vi Bullæ potest dispensari super irregularitatibus ex delicto, quia ultra altam rationem, Bulla non dat facultatem ad dispensandum, sed absolvendum. Tamb. tom. 2. de Bulla c. 9. §. 6. v. 5. & 6. v. n. 3606.

QUÆRES,

3847 *An absolutio vi Bullæ ab uno casu Pontificio, v. g. à duello, sinecitat in alium casum Pontificionem diversæ speciei, v. g. in simoniam realem, possit eodem anno vi ejusdem Bullæ absolvi: & sic successive, sinecitat eodem anno in alios casus Pontificios diversæ speciei?*

Afirmat Loanos de *confess. in 2. disp. 17. c. 83.* cum plurius, quia cum Bulla sit favorabilis, eius verba sunt ample interpretanda, verba autem Bullæ, *semel in vita*, quibus facultas absolventi à reservatis Papæ restringitur ad unicam abolitionem, possunt commode explicari de abolitione quoad eandem speciem peccati; dato enim, quod Confessarius plures eodem anno virtute ejusdem Bullæ absolvat, semper tamen à casibus specie diversis, veritatur, quod semel, & non pluries, ab eodem casu reservato ab-

Dd 3 fol.

folvat. Et alias majori frueretur privilegio, qui in plura incidit reservata, quam qui in pauciora; nam ille posset semel absolvi à centum reservatis diversæ speciei, hic non posset à duobus specie diversis per duas absolutiones semel ab uno, & semel ab alio.

3848 Resp. non posse, Bardus de Bulla Cruc. tr. 1. sect. 1. Quia verba Bullæ sunt ample interpretanda, sed non ultra sensum expressum; expresse autem ly *semel* actum absolutionis, non eam; verba enim sunt: *Possunt eligere in Confessorium quoslibet Presbyteri facultatem sua Regularium approbatum ab Ordinario, qui eos posse absolvere semel in vita, & semel in articulo mortis, à quibusvis peccatis, & censuris, reservatis Sedis Apostolicæ, etiam declaratis in Bulla Cæne Domini, excepto criminis heresim.* Unde ly *semel* facultatem absolventi retringit non solum quoad speciem, sed etiam quoad genus.

Nec est mirum, quod sic majori frueretur privilegio, qui in plura incidit reservata, quam qui in pauciora, quia hoc eveniret per accidens, in quantum unum mortale non potest sine alio remitti.

QUÆRES II.

3849 An Confessarius actus approbatus ab Ordinario in sua Diocesi possit confessiones audire in alia Diocesi virtute Bullæ Cruciatæ?

Resp. omnino non posse, sed debere esse actu approbatus ab Ordinario loci; ubi sit confessio. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 15. disp. 15. n. 3. Cardenas disp. 2. p. 1. q. 3. & Mend. contra Dianam p. 1. tr. 11. ref. 7. Leandrum de penit. tr. 1. disp. 11. q. 70. Tamb. de Bulla c. 11. & quamplures alios. Ratio est, quia quoad electionem Confessarii, Pontifex in Bulla nil privilegii concedit; sed vult, & intendit se conformare Tridentino, quod requirit approbationem actualem ab Ordinario loci, ubi sit confessio.

3850 Hanc fuisse suam mentem, sæpe declaravit Pontifex, & 1. quia Bulla requirit Confessarium approbatum ab Ordinario. S. Cong. Conc. ab Archiepiscopo Valentino interrogata, quid veniat nomine approbati ab Ordinario, respondit his verbis: *Congregatio Concilii respondet: Approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in Diocesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario.* Quod Decr. refer. Bardus de Bulla Cæne. p. 2. n. 5. c. 1. sect. 2. n. 19. & Rod. in Bulla Cæne. §. p. 5. affirmat illud legisse, & per publicum Notarium fuisse omnibus Monasteriis Valentie intimatum.

3851 Item anno 1611. emanatum fuit Decretum tenoris sequentis:

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum consuit, Regulares huiusmodi, utcumque exemptos, non posse, absque Ordinarii Hispaniensis licentia, & approbatione, personarum secularium confessiones audire, litterasque Cruciatæ predictas in hac re quidquam novi juris minime induxisse, &c.

3852 Quod Decretum confirmavit Paulus V. ut sequitur:

Paulus Papa V.

Nominis Venerabilis Fratris Periti Archiepiscopi Hispaniensis Nobis nuper expositum fuit, quod in Civitate & Diocesi Hispaniensis irreverentibus abusus, ut Regulares absque per tempore existentis Archiepiscopi Hispaniensis licentia secularium personarum confessiones audire, &c. Et vigore litterarum Apostolicarum super Cruciatam nuncupata emanatarum illa sibi permixta esse præcedebant: quare Nos, &c. tenore præsentium ejusdem Concilii Decretis inherentes, Regulares predictos non posse absque Ordinarii licentia secularium personarum confessiones audire, &c. absque licentia, & approbatione ipsius Ordinarii, &c. litterasque Cruciatæ predictas in hac re quidquam novi juris minime induxisse, &c. ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus, &c. non obstantibus quibusvis Constitutionibus & Ordinamentis Apostolicis, &c. ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ, &c. die 11. Octobris 1611. Pontificatus Nostri anno septimo.

3853 Deinde idem declaravit Clemens X. in Bulla de anno 1670. quæ incipit *Suprema*, relata superius in §. 3. n. 2292. Quæ Bulla comprehendit præterea tria decreta, & Bullam Cruc. in illis verbis de §. 1.

Nos attendentes, quod alias diversis temporibus predictæ dubitationes, &c. monialis Prædecessorum nostrorum Pontificum Constitutionibus, utcumque declarationibus definitæ fuerint, ejusmodi definitiones in unum collectas; & in aliis:

Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Apostolicis in favorem quoruncumque personarum, Ordinum, Monasteriorum, Capitularum, Ecclesiarum, & aliorum quoruncumque tam secularium, quam Regularium. Quibus verbis non solum significantur privilegia Ordinum, verum etiam privilegia Cruciatæ secularibus concessa.

3854 Denique concine omne tollit dubium declaratio novissima S. Congr. de anno 1677. Archiepiscopus namque Hispaniensis significavit eidem SS. Patri Clem. X. quod non obstantibus declaratione per eum anno 1670. edita

Re-

Regulares prætererent, posse approbatus in alia Diocesi ab uno Ordinario, ubique confessiones audire virtute Cruciatæ; ac proinde supplicavit ut declararet, nil suffragare Bullam Cruciatæ Regularibus, aut quibuslibet alius Confessariis in alia Diocesi approbatis ad audiendas confessiones secularium suæ Diocesis Hispaniensis; quæ acceptata supplicatione, S. S. materiam examinandam dedit S. Congregationi, quæ declaravit, ut sequitur.

HISPALENSIS.

Sacra Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum sæpius declaravit, Regulares non posse absque Ordinarii licentia & approbatione secularium personarum Confessiones audire, &c. nec Constitutionem, quæ Cruciatæ appellatur, in hac re quidquam novi juris induxisse. Romæ 16. Februarii 1675.

Decretum pro Diocesi Valentina authenticum vidisse, referit Rodr. n. 1233. Reliqua vero duo de anno 1611. cum confirmatione Pauli V. & aliud de anno 1676. pro Diocesi Hispaniensis, authentica apud se habuisse, & intro in officio præfati Archiepiscopatus conservari, testatur Cardenas disp. 2. p. 1. c. 6. q. 3. à n. 286. ad 299.

3855 Remanet igitur firmiter ostensum, Clementem X. in Const. de anno 1670. comprehendisse Bullam Cruciatæ; & Bullam Cruciatæ non concedere privilegium, ut Confessarius si ve secularis si ve Regularis approbatus ab uno Ordinario, etiam si daret ejus approbatio, possit eligi ubique.

3856 Nec dicas, recentia tria decreta emanata fuisse non universaliter, sed pro locis peculiaribus, ac proinde non extendenda. 1. Quia Bulla Clem. X. est universalis. 2. Quia recentia tria Decreta non habent vim puræ legis & statuti, sed declarationis legis communis Trident. & privilegium Cruciatæ, ut patet per verba: *Declaramus: Declaravit;* unde eorum proprie non dicitur extensio, sed comprehensio; quatenus tria decreta edita, unum pro Diocesi Valentina, duo pro Hispaniensis, comprehendunt eundem intellectum pro omnia alia Diocesi; cum enim Tridentinum & privilegium Cruciatæ sit idem in relatu Diocesis & in aliis, ubi est Bulla Cruciatæ, intellectus Pontificis declarantis, quoad approbationem Confessarii vigere Tridentinum, & privilegium Cruciatæ non induxisse novum jus, idem erit pro omni alia Diocesi, ubi est Bulla Cruciatæ; adeoque cum consistet de declaratione, intentione, & intelligentia Summi Pontificis, non potest ab ea sine temeritate recedi.

3857 Quibus accurate consideratis, cullibet sani intellectus constabit, oppositam opinionem affirmativam non esse probabilem; imo gratis dato, sed non concessa, quod aliquam probabilitatem haberet, adhuc nullo pacto posset ampleri; quia cum agatur de iustificatione, & inde de valore Sacramenti, tutior opinio amplectenda est. Ex Decr. Innoc. XI. v. pag. 4. prop. 1. pag. 16.

In meo Manuali Ordin. n. 1. excuso graves Doctores, qui in affirmativam legitimitatem abierunt, eo maxime, quia ante Bullam Clementis scripturum.

3858 Modo tamen opinio affirmativa non solum est improbabilis, verum etiam sub gravi censura damnata; nam post hæc à me his typis data, accessit Bulla Innoc. XII. de die 19. Aprilis 1700. quam referunt Mattheucci tom. 1. v. 1. approbatio ab Ordinario, & Pignat. in Const. Edit. novissima. Bulla est

INNOCENTIUS PAPA XII.

(Cum, sicut non sine gravi animi nostri dolore ex nonnullorum Venerabilium Fratrum Episcoporum Regni Portuagalii, & aliorum timorate conscientie virorum delatis ad Nos querelis accepimus, quod in Regno præfato revixerit, ac in dies magis invalescat opinio per quosdam fel. rec. Pauli V. Urb. VIII. & Clem. X. Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum, Constitutiones, necnon S. R. Congregationum, tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ac respectivo negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, decreta, dudum emanata, & reprobanda, quæ immixta plerique illarum partium privilegia & indulta per litteras Apostolicas pro Cruciatâ Sanctâ emanatas, seu ut vocant, Bullam Cruciatæ concessa, ita intelligenda esse existunt, ut facultas in litteris, seu Bulla hujusmodi Christifidelibus attributa confertendi peccata sua cullibet Confessario, per quemcunque Ordinarium ad confessiones audiendas approbato, locum habeat, & habere censetur, etiam si non fuerit Ordinarius loci, in quo confessiones præfatas extiterit contigerit. Hinc est, quod Nos ex debito Pastoralis officii, quod humilitati nostro meritis licet, & virtutibus longè impari commisit divina dignatio, animarum periculis in tanti momenti, qualis est Sacramentalis confessio, quantum Nobis ex alto conceditur, paternæ charitatis occurrere cupientes, necnon Constitutionibus, & decretis supradictis inharerent, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, primum quidem prædictis ne-

Dd 4 go

gatis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium preceptorum, subinde vero etiam aliorum in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum à Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui opinionem præfatam ex integro examinarunt, remque totam mature discussurunt, consilio, & ex æta scientia, & matura deliberatione nostrâ, deque Apostolica potestati plenitudinæ, tenore præsentium, decernimus, & declaramus, Bullam Cruciatæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem Confessariorum contra formam ejusdem Concilii Tridentini, & prædictarum Constitutionum Apostolicarum, adeo ut Confessarii, tam sæculares, quam Regulares, quicumque illi fuerint, in vim dicte Bullæ Cruciatæ à Penitentibus ad audientes eorum Sacramentales confessiones elevari, nullatenus confessiones hujusmodi auctore valeant sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Diocesani loci, in quo ipsi Penitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas confessiones requiruntur, nec ad hoc suffragari approbationem semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diocesum obtentam, etiam Penitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent: confessiones autem aliter, & contra eamdem præsentium, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam deinceps faciendas, & excipiendas respective, præterquam in casu irritas, & invalidas, & Confessarios ipso jure suspensos esse, & etiam rigide puniendos ab ipsis Ordinariis locorum. Porro quamcumque contrariam opinionem tanquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam, præterquam quovis contrario usu, contrariæ consuetudine, etiam antiquissima, minime obstantibus, motu, scientia, & potestatis plenitudinè paribus, harum serie damnamus, & reprobamus, contrariumque usum, ac contrariam consuetudinem hujusmodi penitus, & omnino abrogamus, & abolemus. Ac præbente omnibus, & singulis Christi fidelibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam specificæ, & individua mentione, & expressione dignis, ne supradictam opinionem docere, tueri, aut ad prædictam opinionem quovis modo audent, seu præsumant, sub poenâ excommunicationis per contrasacrosentem ipso facto absque alia declaratione incurren-

da, à quo nemo à quoquam, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo hujusmodi constitutus, absolutiois beneficium obtinere valeat, interdiximus, & prohibemus. Decernentes, &c. Sicque, & non aliter, &c. Sublata, &c. Irritum, &c. Non obstantibus, &c. Romæ die 19. Aprilis 1700.

REGULARES, ET MONIALES

3859 **N**on possunt uti privilegio Bullæ eligendi Confessarium quoad casus reservatos: constat ex dictis à n. 1443. ad 1449. & à n. 3539. ad 3547.

Possunt autem reliquis privilegiis Bullæ frui; quia illis in Bulla prohibetur etus ovorum, & lætiorum per Quadragesimam, nisi sexagenarii sint, aut militaris, & consequenter aliis privilegiis non privantur; quia exceptio firmas regulam in contrarium.

COMMUTATIO VOTORUM.

3860 **V**irtute Bullæ commutari possunt, non dispensari, omnia vota etiam jurata, exceptis tribus: *Perpetue castitatis, Per simplicis Religionis, & Peregrinationis Jerusalem devotionis causa.* Unde jure ordinario vota reservata sunt quinque, ut in n. 1998. Jure autem extraordinario, & ex privilegio Bullæ sunt tria; nam verba clausula sunt: *Item sacramentibus Bullam conceditur, vota omnia, Ultramarino, Castitatis, & Religionis exceptis, in aliquod subsidium hujus expeditionis per eundem Confessarium commutari.* Ubi in singulari dicitur *Ultramarino*; ac proinde restringitur ad principale peregrinationis Jerusalem. Et de his tribus votis dicitur, ut à n. 1999.

3861 Rectè ait Mendio in *apri.* (Nequeunt vota emissa in favorem tertii commutari per Bullam, si sint acceptata; non enim conceditur facultas in præjudicium alterius. Neque possunt commutari vota, aut juramenta communitatum, quia non his, sed personis Bulla conceditur.)

Commutatio votorum, sicut & absolutio à censuris, fieri potest extra Sacramentum Penitentiae, virtute Bullæ; nec ad eam requiritur causa, sed sufficit privilegium.

3862 In qualibet commutatione votorum, virtute Bullæ Cruciatæ, danda est elemosyna in subsidium Cruciatæ, deponenda intra Cruciatæ capulum, à Commissario Cruciatæ in certa Ecclesia designata, quæ Panormi extat in Ecclesia Sancti Francisci.

Quæ elemosyna debet esse distincta à

materia, in quam votum commutatur; debet tamen cum materia commutationis commutari.

Si votum non habeat expansionem annexam, elemosyna debet esse arbitraria Confessarii prudentiæ, juxta qualitatem, & communitatem votantis.

Si vero habeat expansionem annexam, elemosyna tanta esse debet, quanta esset expensio faciendi pro voto. Si sit peregrinationis quanta esset expensio faciendi in accessu, videlicet pro itinere, & mora in itinere, & in loco pro executione voti, deductis expensis, quæ pro eo tempore fuisset facturus domi; qui excessus correspondet peregrinationi, & dari debet in subsidium Cruciatæ, Confessarius tamen potest juxta suam prudentiam aliquid ex illo relaxare votanti, quod solet esse sexta pars, & quinque partes elargiuntur in subsidium Cruciatæ. Sit

E X E M P L U M.

3863 **P**etrus vult, ut ei commutetur votum accedendi Romam ad visitandum Apostolos. Tunc Confessarius interrogare debet, quantum judicio prudenti expendisset pro accessu, videlicet pro itinere, mora in itinere & in loco pro executione voti: Sint sexaginta scuta; tunc deductis expensis, quæ eo tempore fuisset domi facturus, quæ si sint triginta, computantur peregrinationi triginta; ex his Confessarius remittere potest votanti modicam partem: praxis est, ut ei remittatur sexta pars, videlicet scuta sex, & injungat, ut alias quinque partes, nimirum scuta vigintiquatuor deponat in capulum in subsidium Cruciatæ.

Insuper per mentem, quo verbi gratia erat peregrinatio quantum ad necessum duratura, injungat bis aut ter jejunium, Rosarium, Confessionem, Communionem, & visitationem Ecclesie, aut Capellæ in loco, ubi moratur, Sanctis Apostolis dicatur. Vide dicta de Voto à n. 1949. ad 1954.

USUS ORATORII IN DOMIBUS PRIVATIS.

3864 **B**ulla Cruc. concedit, ut in privato Oratorio ab Ordinario visitato, & designato, habentes Bullam possint, etiam tempore interdicti, celebrare Missas, & alia divina Officia, per se, si sint Sacerdotes, aut per alios in sua, & suorum familiarium, ac consanguineorum presentia, & recipere Eucharistiam, & alia Sacramenta, excepto die Paschalis. Illi tamen, qui præmissis utentur, teneantur toties precos aliquos Deo fundere pro unione, & victoria Principum

Christianorum contra Infideles. Hac concedit Bulla Cruc.

3865 Supposito igitur Oratorio rite approbato ab Ordinario, ad quod erigendum Bulla non dat facultatem, sed supponit erendum, Diana *par. 9. tract. 1. ref. 22.* Tamb. *de Bulla cap. 5. §. 4. Bulam de Bulla lib. 8. dub. 12. §. 1.* Trullench. Garzias, & alii contra Sotum; Joan la Cruz; Castropal. Supposito inquam Oratorio rite approbato, Bulla Cruc. tollit restrictiones, quæ apponit ordinarium privilegium Pontificis, Oratorium privatum concedens.

3866 Unde, quia privilegium Oratorii est coræctatum. 1. Ad unam Missam. 2. Ad alios dies præter solemniora festa. 3. Ad domum domus, ejus familiaris, & hospites nobiles, exclusis familiaribus actu non necessariis: Privilegium Cruc. concedit. 1. Ut possint celebrari, quot Missæ voluerit dominus eodem die. 2. Ut possint celebrare, & alia Sacramenta Eucharistiæ, & Penitentiae recipere, etiam in festis solemnioribus, una Communionem excepta intra tempus Paschale in Parochia faciendi; unde non prohibetur ibi die Paschalis Communio ex devotione, quod patet per illam clausulam, *etiam tempore interdicti.* Si enim ea privilegium Bullæ concedit, etiam tempore interdicti, quod est plus, concedit in festis solemnioribus, quod est minus: tum quia *ly etiam* supponit alia. 3. Ut possint prædictis usibus in Oratorio frui etiam familiares non necessarii habentes Bullam, & consanguinei ejusdem, etiam qui non sunt de familia, hoc est, qui non sunt commensales, licet ipsi non habeant Bullam.

3867 Per consanguineos veniunt ascendentes, & descendentes, aut collateralis usque ad quartum gradum. Excluduntur per hanc clausulam affines: possunt tamen comprehendere per aliam nomine *familiarium*; sicut largæ, quatenus in eadem domo habitant; qua ratione dicuntur proprie *domestici*: multo magis si sint commensales habentes Bullam, quia tunc dicuntur de familia.

3868 Difficultas est: An consanguinei & familiares non habentes Bullam satisfaciunt, si intersint facto, ibi non præseste domino habente Bullam.

Negat Rodr. quia soli domino, & aliis ratione domini est privilegium consumsum. Afferunt Joan à Cruce, quia Bulla habet respectum ad dominum, & non præscribit presentiam domini esse necessariam, Tamb. *cit. num. 40.* utramque partem probabilem putat.

3869 Consequenter ad dicta Bulemb. lib. 8. de Bulla cap. 1. dub. 12. q. 2. insert, quod si privilegia Oratoriorum coarctet Prælati inferior, coarctationes tollit Bulla: ut à Pontifice. Si coarctet Pontifex, ea revocat ipse Pontifex per concessionem annuum Bullæ. Item si post acceptam Bullam concedat privilegium Oratorii cum his restrictionibus, intelligi debet coarctatio pro non habentibus Bullam.

3870 Oratio facienda juxta num. 3864. potest esse unum Ave, ejus autem omisio non invalidat actum, aut concessionem, nec erit mortalis, sed venialis, quia est levis, nec est conditio essentialis, sed modus adjectus actui perfecto. Tamb. cit. n. 41.

ESUS OVORUM, ET LACTICINIORUM.

3871 IN Quadragesimâ in Bulla communi prohibetur etiam Sacerdotibus, secularibus, qui tamen possunt uti vesci in Quadragesima, excepta hebdomada sancta, quæ incipit à Dominica Palmarum, per aliam Bullam, quæ dicitur lacticiniorum.

3872 Pro hac Bulla lacticiniorum, quæ est distincta, & ab Urb. VIII. concessa, largienda est elemosyna jam à Commissario Generali Cruciatæ taxata.

Taxa est. Pro Patriarchis Episcopis, etiam titularibus, & Abbatibus jurisdictione gaudentibus, reales viginti quatuor. Reales est tarenus unus monetæ Siculæ cum gravis quatuor, & quarta parte grani.

Pro dignitatibus Canonicalibus Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum, reales octo.

Pro illis, qui in dictis Ecclesiis gaudent portionibus, & pro beneficiariis, five animarum curam habentibus, ut sunt Parochi, five non, quorum tamen redditus annuus ascendit ad summam sexcentorum trecentum, reales sex.

Pro habentibus Beneficia, Capellanas, pensiones, & quovis redditus Ecclesiasticos, ad ducenta (scilicet annualia ascendentes, reales quatuor.

Pro cæteris Clericis, & Presbyteris secularibus, reales duo.

3873 Hac Bulla non possunt uti Regulares, & Moniales, quia sunt excepti. Nec Episcopi ex Ordine Mimorum, ex dictis n. 1868. Possunt autem uti Episcopi ex aliis Ordinibus, quia in illis prævalet qualitas Episcopatus. Non possunt uti Cardinales Regulares, nisi sint Episcopi, quia nec Religio, nec Bulla hoc illis concedit, nec eos exprimit.

Hinc Cardinales seculares non indigent hac Bulla particulari lacticiniorum, sed per Bullam communem Cruciatæ comedere possunt ova & lactinia per totam Quadragesimam etiam in majori hebdomada, sicut ceteri faciant.

3874 Non potest quis, vi hujus Bullæ particularis, sicut secularis, vi Bullæ communis, vesci lactiniis extra Regnum, in quo non est Bulla: quia hæc Bulla particularis est exceptio Bullæ communis, ac proinde est intelligenda cum eadem limitatione.

3875 In jejunis ex voto, Jubilæo, & præntenti Sacramentali, nedum vi Bullæ, verum etiam sine ea potest quis vesci ovis, & lactiniis, si in illis non sit intentæ explicita, aut ex circumstantiis implicite, abstinentia ab ovis, & lactiniis, quia jejunium Ecclesiasticum, stat cum lactiniis.

PRIVILEGIUM VESCENDI CARNICIBUS.

3876 **P**ER Bullam communem datur privilegium vescendi carnis de consilio utriusque medici cunctis diebus jejuniorum, etiam Quadragesimæ. Ubi (ut videt) ad usum lacticiniorum vi Bullæ Cruciatæ. non requiritur causa, sed sufficit privilegium. Ad usum vero carniū requiritur causa, nempe necessitas, & consilium utriusque medici, si necessitas non sit patienti certa.

Non dicas, hoc privilegium nullum habere effectum, quia etiam sine Bulla, quando necessitas est patienti dubia, potest quis carnis vesci de consilio utriusque medici, corporis, scilicet, & anime. Nam habet hunc effectum de Theodoro Ecclesie, ut habens Bullam quamvis de consilio utriusque medici vescatur carnis, satisfaciatur præcepto, & habeat meritum jejunii, ac si carnis non vesceretur, ut ex verbis Bullæ.

PRIVILEGIUM CIRCA TEMPUS INTERDICTI.

3877 **U**T habentes Bullam possint in Ecclesiis, in quibus alias divina Officia (interdictio durante) quomodolibet celebrare permillum fuerit, vel in privato Oratorio ad divinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quo minus amoveatur: Et qui facultatem ad id à Commissario Generali habuerint, etiam per horam, antequam illoceat dies, & per horam post meridiem, in sua, ac familiarum, ac consanguineorum suorum præsentia, Missas, & alia divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium celebrare tace-

re, & tempore interdicti divinis interesse: sunt verba Bullæ.

3878 Item conceditur (tempore interdicti) id est interdicti localis generalis, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschalis, posse recipere.

3879 Item conceditur Mortuorum corpora, nisi forte vinculo excommunicationis innodati decesserint, cum moderata funerali pompa sepeliri.

Q U E R E S,

3880 An haberi Bullam tempore interdicti tenentur sub mortali audire Sacrum die festo?

Negant Alterius, Avila, apud Tamb. de Bulla c. 5. §. 2. qui hanc opinionem probabilium putat; quia nemo cogitur uti suo privilegio.

3881 Dico obligari sub mortali. Villalobos, Trullench. apud Tamb. cit. ob rationem de num. 280. Quia tenetur quis implere præceptum, quando potest; sed tunc potest, nam per Bullam potest audire Sacrum tempore interdicti, igitur.

3882 Non obstat ratio opinionis oppositæ, quod Bulla sit privilegium, & ac proinde non imponat onus; sed liberum relinquit habitentem, ut eo uti velit, vel non; quia Bulla quoad facultatem audiendi Sacrum tempore interdicti, est quidem privilegium ex se liberum, non onus; sed est privilegium in ordine ad penam interdicti, quam tollit: privatio enim usus Sacramentorum, sicut & Ecclesiasticæ sepulture, est magna poena; onus vero audiendi Sacrum, tali privatione auditionis per Bullam ablata, non imponitur à Bulla, sed à præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacrum die festo, quod omnem fidelem expeditum obligat; adeoque cum inveniat habentem Bullam iam expeditum, eum obligat.

Sic exemplum de Principe, qui carceribus detento det liberam facultatem exundi, tunc ille, si die festo non egredietur ad Sacrum, peccat mortaliter; non quia sit imposuit onus à Principe: ejus enim facultas est gratia in ordine ad privationem exundi, quæ est poena ob delictum imposta; onus vero audiendi Sacrum imponitur ab ipso præcepto Ecclesiæ, quod fidelem expeditum obligat.

USUS INDULGENTIARUM.

3883 **R**egulares, & Moniales, quamvis sine Bulla non possint frui Indulgentiis specibus Bullæ, ut fruuntur aliis omnibus, non indigent Bulla: habetur in ipsa Bulla: *Exceptis tamen istis, quæ concessæ sunt Ordinibus mendicantiis Superioribus, quoad vo-*

rum Fratres. Insuper ex Decl. S. C. Conc. quam refert Turanus pag. 215. n. 5. his verbis: *Ad instantiam Fratrum Minorum in Regno Sicilia existentium, S. Congr. Conc. die 24. Martii 1640. respondit, Oratores gaudere indulgentiis à S. Apostolica concessis, etiam si Cruciatam non receperint. Habetur in Archiep. Præcurat. Reform. S. Francisci Transilvanicæ fol. 78.*

3884 Valde pauperes, qui ob impotentiam solvere non possunt taxatam elemosynam, Indulgentias alias extra Cruciatam acquirere, tenent Bardi par. 2. n. 1. c. 1. §. 6. Quintanadvenas, & Ludov. à Cruce, nisi ex presumppta pietate Summi Pontificis, quod non velit, ut Indulgentias priventur, qui sine culpa Bullam habere non possunt; & supra afflictionem egestatis corporis addere afflictionem egestatis animæ. Omnino tamen negant Tamb. ro. 2. n. de Bulla c. 3. §. 7. n. 14. & Mendo, quia Bulla expresse pro eo anno suspendit omnes alias Indulgentias pro iis, qui Bullam non accipiunt.

BULLA DEFUNCTORUM

3885 **C**onceditur in locis Cruciatæ: per eam largitur Pontifex liberationem unius animæ, seu Indulgentiam Plenariam per modum suffragii pro anima defuncti, ab ipso sumentem Bullam determinandam, Quæ Indulgentia est distincta ab Indulgentia Bullæ communis, quibus etiam liberatur anima.

3886 Pro hac Bulla erogantur duo reales, seu tarenus duo, & grana duodecim cum dimidio, ab omnibus personis, tam privatis, quam insignibus.

3887 Pro eadem anima possunt fisci singulis annis due Bullæ; pia tamen confectio est, ut sumantur plures, sicut plures applicatur Indulgentiæ, & Missæ.

3888 Una Bulla non potest applicari, nisi pro una anima; quia in Bulla in singulari apponitur. *Pro anima talis persona.* Tamb. cit. contra Mendo, qui vult posse applicari pro pluribus, & tunc fructus Indulgentiæ dividi pro illis pluribus pro rata.

3889 Facta applicatione pro tali anima, non potest variare animam; quia per ipsam applicationem habuit suam adequatum effectum Indulgentiæ.

3890 Si Bulla accipiatur credito, suum effectum habet facta applicatione, abique eo quod expectetur tempus solutionis.

3891 Non est necesse, ut inscribatur nomen defuncti, licet usus sit, quod inscribatur tam nomen defuncti, quam nomen accipientis. Nec est necesse ipsam Bullam servari,

non debet autem apud ipsum eisdem relinqui, ut fraudes vitentur, nec possit alius dari.

DE BULLA COMPOSITIONIS.

3892 **P**er hanc Bullam potest .i. quis se emancipare super rebus ablatis, aut aliter male acquisitis, quorum [facta prius debita diligentia] nescit dominum, seu creditorem. Quae compositio fieri potest super dictis debitis incerti domini usque ad summam trecentum scutorum Hispaniae, nimirum trecentum scutorum, & viginti unius, cum tamen octo, & gravis novem monetæ Siculae; & ita pro una Bulla potest sibi retinere duas uncias, tarenos decem, & septem cum gravis quatuor; & sic accipiendo tot Bullas usque ad summam debiti trecentum scutorum.

3893 Taxa pro una Bulla est, ut solvantur duo reales à qualibet persona, tam privata, quam insigni.

Non sufficit una Bulla pro pluribus, sed tot debent sumi Bullae, quot debitores, licet debitum singulorum sit minus eo, super quo possint componi.

Quod si debitum hanc summam excedat, tunc non potest uti Bulla quoad excessum; sed fieri debet compositio particularis cum Commissario Cruciatæ, qui in Regno Siciliae est Archiepiscopus Panormitanus.

Imo potest quis, cum ipso Commissario componi super tota quantitate, qui solet designare pro Cruciatæ decem pro singulis centenariis.

3894 Hac Bulla, sicut & Bulla communi lætari possunt solum fideles baptizati, minime infideles, nec Catechumeni.

Debent existere in Regno Bullae, ut ad illud personaliter declinare, sicut etiam pro Bulla communi. Unde Neapolitanus [ait Tamb.] per paucas horas Panormi manens potest hac Bulla lætari, vel cum Commissario componi: v. n. 3841.

In Bulla debet inscribi nomen. Non est autem necesse, ut Bulla conservetur. Tamb. de Bulla cap. 18. §. 7. num. 2. contra Mendo.

Hac Bulla prodest Defunctis, si ipsi ante mortem commiserunt hæredi, aut alteri, ut tot Bullas pro se sumeret, aut ut compositio nem faceret cum Commissario. Vel si commisit, ut consuleret Theologos; & tunc si hæres debeat, sumat Bullas. Si vero nil mandaverint, eis non prodest. Tunc autem hæres, si reperiat bona componibilia, potest nomine suo Bullas sumere, & componere.

3895 Qui furatus est in confidentiam Bullæ,

non potest componi, licet, qui peccavit in confidentiam Bullæ, possit absolvi: quia primum in Bulla prohibetur, non secundum: v. num. 3828.

3896 2. Supradicta compositio fieri etiam potest super bonis aliorum bona fide acquisitis, & super bonis inventis, etiam super bonis non fragantibus, si post debitam diligentiam inveniri non possit dominus; Excommunicatio autem Bullæ Cœnæ solum loquitur cognitio, vel comparente domino.

3897 Quæ [ait Mendo ver. Bulla compos. num. 12.] in littore maris inveniuntur, non ex naufragio, primi occupantis fiunt, sicut & quæ profunduntur in aliqua solemnitate, & ea quæ à domino derelinquuntur. Ligna, quæ inundatione fluminis asportantur, & sunt exigui valoris, ac longe à domino feruntur, inter derelicta habentur; focus si talia sint, ut prudenter iudicetur, dominum velle ea quærere, & recuperare. Non tamen sunt bona incerta, quæ in incendio, aut naufragio projiciuntur. Nam dominus ea non derelinquit, & vellet, si posset, ea conservare. Quinimo, & si res sit peritura, nisi quis illam servaret, adhuc ejus dominium non acquireret, utpote à domino non abdicatum.

3898 Si facta jam compositione, & acceptis Bullis, veniat in notitiam creditoris, tenetur restituere totum, deductis expensis Bullæ. Si partem bona fide consumpsit, tenetur restituere reliquum. Si vero omnia consumpsit, ad nihil tenetur in foro intere conscientie, at pro foro externo posset à Judice cogi, ait Mendo cit. numer. 15, quia [ea compositio] inquit ipse [est quoddam genus transferendi dominium pro foro interno, sicut præscriptio pro foro externo.]

Et quidem [subdit idem] si habens bona incerta restitisset ea pauperibus, non tenetur domino comparenti restituere; compositio autem succedit in eandem restitutionem pauperibus faciendam. Et separabile est dominium in foro interno à dominio in foro externo; sicuti qui non potest recuperare à Petro centum aureos, & tollit ab eo vas aureum ejus valoris, in foro interno habet ejus dominium: at pro foro externo, si notitia accedat ad judicem, poterit ab eo cogi, ut reddat, tanquam non suum.

Hoc autem in re nostra verum est, non per se, sed per accidens: Non per se, quia compositio cum fiat auctoritate Papæ potest liberare, & sine ulla limitatione, ex se valet etiam pro foro externo. Sed per accidens, in quantum deberet in foro externo consistere, quod

quod est difficile; quia creditor posset dicere, compositionem non fuisse factam super suo credito, aut sine præmissa diligentia. Ita Tamb. cit. c. 18. §. 5. n. 11. cum Acolla, & de Lugo.

3899 3. Compositio fieri potest super bonis injuste acquisitis, puta per usuras, &c. si facta debita diligentia ignoretur dominus.

3900 Pariter si dominus cognoscatur, sed non reperitur, vel multum distet, absque spe, quod sit rediturus, nec debitum possit ad illum vel ejus hæredes transmitti sine magnis expensis, ut in n. 277. Mendo cit. n. 24. quia tunc æque se habet, ac si ignoretur. Et similiter domino comparente non tenetur in foro interno conscientie restituere, nisi modo dicto in n. 3898.

3901 4. Fieri potest per eandem Bullam compositio super legatis. Legata possunt dupliciter esse facta. 1. Ad exonerandam conscientiam. 2. Solius pietatis causa.

Quod prius [ex exemplum, & resolutio, ex Tamb. Petrus in fine vitæ cognoscens, aut dubitans, summam centum scutorum esse male ablatis, & nesciens dominum, ad exonerandam conscientiam, eam summam legavit certæ Ecclesie, aut determinato pauperi, pauper autem, & Rector Ecclesie habuerunt notitiam legati, & hoc non obstantia fuerunt negligentes per annum in exigendo ab hæredibus Petri legatum: in hoc casu concedit Bulla hæredibus, ut possint se componere super medietate totius legati. In hoc casu supponitur, quod hæredes legantis habeant notitiam legatarii; unde solum requiritur, quod moneat legatarium de legato relicto, nisi aliunde illud sciverit; nam annus negligentie computari debet à die notitiæ legatarii.

Quoad posteriora, si legata sint facta non ad exonerandam conscientiam, sed alia pia causa; tunc si hæres legantis facta diligentia debita invenire, seu scire non possit legatarium, potest etiam quoad totum legatum se componere, modo dicto in num. 3896. & 3897.

3902 5. Denique fieri potest compositio super fructibus debitis ex omissione horarum Canoniarum, & super fructibus ex redditibus Ecclesiasticis male perceptis.

3903 Distributiones vero, si percipiuntur injuste, non possunt componi: quia non debentur Ecclesie, sed cæteris, qui Choro intersunt. Imo idem tenet Mendo ver. *Horæ Canonice* n. 30. etiam si essent designata Ecclesie; quia tunc Ecclesia succedit loco interessentium.

3904 Qui est certus de stipendio accepto

pro Missis celebrandis, non recordatur tamen, pro quibus applicare debet, nec à quibus accepit, non potest componi, sed tenetur ad Missas; quia potest applicare, pro quibus debet, & quos Deus scit.

3905 Denique recte ait Mendo in *Epit. ver. Bulla Compos. n. 24.* quod [Dilatio in compositione erit peccatum mortale, computando eam cum dilatione in restitutione: imo minor dilatio sufficit ad peccatum, cum possit esse impotentia ad restitutionem, non ad compositionem, quæ minori quantitate fit.]

Cæterum si quis impotens fit restituere, & potens componi, non tenetur ad compositionem faciendam, quia id est privilegium; sed potest expectare tempus opportunum ad restituendum.)

Q U E R E S,

3906 Petrus est certus de debito, dubius vero, an Franciscus, vel Joannes sit creditor, An possit vivente Bulla componi?

Resp. cum distinctione; vel Petrus est certus de distinctivo creditorum, nimirum, quod creditor sit aut Franciscus, aut Joannes; vel est præfice dubius, an creditor sit Franciscus, aut Joannes, & diligentis peractis non potest se determinare. Si primum, non potest componi, sed debet restituere utrique pro rata dubii, juxta dicta n. 2699. Quod si post divisionem constat, unum illorum esse dominum, non tenetur alter suam partem illi restituere, si divisio fuit facta communi consensu; quia in prima divisione unanquisque cessit sui loco, Mendo cit. n. 13.

Si secundum, potest componi. Ratio dispensationis est; quia in primo casu, licet Petrus sit dubius de persona determinata, est certus de distinctivo duorum; adeoque habet locum justitia referenda, cui cedit privilegium Bullæ. In secundo casu Petrus est præfice & absolute dubius de persona determinata; adeoque habet locum jus privilegii Bullæ, quo non potest quis spoliari per purum dubium.

Privilegium Commissarii Cruciatæ ad dispensandum super impedimento affinitatis: v. in num. 4242.

De Bulla fufe agunt Bardi, Mendo latius. Tamb. & Diana p. 1. n. 11.

CAPUT XL

De Extrema Unctione.

3907 **E**xtrema unctio est Sacramentum nove legis, constans unctioe olei sacri, & Sacerdotis deprecatione, ordinatum ad salutem moribundis, quoad animam, & corpus. Fuit institutum à Christo, & postea promulgatum Jacobi cap. 5. Infirmator quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesie, ut orent super eum, ungent illum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.

MATERIA, ET FORMA.

3908 **M**ateria remota est oleum olivarum, quod quantum ad valorem debet esse ab Episcopo benedictum: constat ex Tradit. Apost. & ex Concil. Flor. in *Amen. infra*. Quod debet quolibet anno renovari in Cena Domini, veteri custod. Si novum haberi non possit, licet uti antiquo.

Item (si id requirit necessitas, ob infirmorum copiam) licitum, & validum erit Sacramentum, si oleo benedictio superaddatur superius oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur non benedicti, liquet ex antiqua praxi Ecclesiarum, & ex *Declat. Sac. Congr.*

EMINENTISSIMI, E REVERENDISSIMI SIGNORI.

3909 **D**eterminandosi nel Decreto di coetesta Sacra Congregazione, fatto sotto il 2. di Marzo 1679. sopra la condanna di 65. proposizioni, che circa il valore de' Sacramenti non si debba seguire l'opinione probabile, lasciata la più sicura: Ed essendo occasione controversa tra Teologi, se per supplire all'Oglio Santo, che manca, sia lecito aggiungerne del non benedetto, in più volte, purchè l'aggiunto considerato separatamente, e in ogni aggiunta sia in minor quantità dell'Oglio Santo, benchè considerate tutte le aggiunte insieme fosse maggiore; di qui è nato dubbio nella Diocesi di Servilia, nella quale per la sua vastità è impraticabile benedire tant'Oglio, che basti senza l'aggiunta; se sia lecito fare detta aggiunta all'Oglio Santo, per esservi molti Teologi, che tengono l'opinione negativa per più sicura. Onde per aver la resolutione di tal dubbio, l'Arcivescovo di Servilia, devotissima Orato-

re, fece porgere all' EE. VV. un memoriale consultivo, nel quale si adducevano le opinioni de' Teologi sopra quello punto. Ma non avendo sin ora avuta la dichiarazione, a supplica perciò l' EE. VV. degnarsi di dargliela per sicurezza, e quiete della coscienza propria, e del suo gregge. Uliches.

Feria quarta die 23. Septembris 1682. in Generali Congregatione S. Orthei habita in Conventu S. Marie super Minerva coram Eminentissimis & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Letto supradictò memoriale, Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores predicti decreverunt in casu proposito, posse.

Franciscus Richardus S. Rom. & Universalis Inquisitionis Not.

3910 *Materia proxima est unctio certarum partium corporis.*

3911 *Forma sunt verba, Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti deliquisti. Amen.*

Invocatio Trinitatis non est de essentia, quia Conc. Flor. & Trid. præmissam formam assignant.

Dubia est hæc forma, *Ungo te Oleo Sancto, ut per suam misericordiam indulgeat tibi Deus, &c.* Quia plures Doctores negant, eo quod forma essentialiter profertur modo dequodivo, non indicativo.

3912 Unctiones sunt faciende in quinque sensibus corporis, sub eadem forma, exprimendo tamen nomen sensus, qui ungitur, videlicet, 1. Ad oculos, *quidquid per visum deliquisti. Amen.* 2. Ad aures, *per auditum.* 3. Ad nates, *per odoratum.* 4. Ad os, *compressis labiis, per gustum, & locutionem.* 5. Ad manus, *per tactum.* 6. Ad pedes, *per gressum.* 7. Ad lumbos seu renes, *per lumborum destinationem.* Unctio renum in feminis non est decens, ideo omitti solet, eo maxime quia unctio ad pedes, & renes, non est essentialis: v. n. 3917.

3913 Muti, surdi, cæci, aut mutilati inungi debent prope organa sensuum, quibus carent, quia peccare potuerunt; licet non per sensus externos, per potentias internas illis correspondentes, vel per desiderium actus illiciti, *Ardekin tom. 2. pag. 272. n. 100.*

3914 Non sufficit ad valorem unctio, nec pro materia Chriftima, *dò quo in nom.* 3015. sed debet esse Oleum benedictum di-

stinctum à Chriftimate, Scotus in 4. d. 43. lit. D. quia opinionis affirmantes, utpote minus tutæ, & exponentes Sacramentum frustrationis periculo, non sunt practicandæ, nisi in casu necessitatis, quo non adellet nisi Chriftima, vel non possent fieri omnes unctioes, juxta dicta in v. 77.

3915 Unde tempore pestis, aut alterius necessitatis, quia omnes unctioes fieri non possunt, unica unctioe ungi potest unum organum magis promptum, vel potius caput, ubi omnes sensus vigent; vel melius (si fieri potest) ungi velociter, & sine crucis forma unum oculum, aurem, narem, manum, & os, dicendo sub una forma totali: *Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum gustum, gressum, & lumborum destinationem. Amen.*

3916 Tempore pestis Sacerdos potest facere unctioes sine contactu immediato manus, utendo virga longa Oleo tincta, quam postea comburat; & hoc pacto lingulas unctioes perficere poterit, *Ardekin cit. n. 2. ex Diana.*

MINISTER

3917 **H**ujus Sacramenti, quoad valorem est solus Sacerdos, idque ex institutione Christi: *ut in nom.* 1907. Ad licite ministrandum debet esse Sacerdos proprius, vel Parochus, aut Sacerdos de licentia Parochi.

3918 Est validum, si à pluribus Sacerdotibus simul fiat unctioes, *Sieri n. 167.*

Quid de Regularibus: v. n. 4173.

SUBJECTUM

3919 **E**st infirmus in probabili periculo mortis constitutus ex morbo, vulnere, partu, vel senectute. Constat ex verbis Jacobi n. 3907. Unde hoc Sacramentum ministrari non debet *Navigantibus*, etiam si imminet submersio; Militibus proxime bellum aggressuris, damnatis ad mortem, aut parturientibus, nisi ex partu antecederet, vel postea orta sit mortalitas infirmitas, quia partus ex se non est infirmitas, & hoc Sacramentum non est institutum pro sano, Scotus *cit. lit. B. v. n. 2922.*

3920 Pueros utrum rationis habentibus danda est Extrema Unctio, licet non Communio. Item moribundis sensibus destitutis, licet Communione non possint recipere, si ante petierint, signum doloris dederint, aut Christiane vixerint. Idem dic de phreneticis, &

delirantibus: non potest autem dari perpetuo amentibus. Potest dari vulneratis, vel morbo venenoso lætis.

3921 Qui hoc Sacramentum recipit, debet esse in gratia, saltem per contritionem: v. n. 3962. & n. 2.

3922 Sponte negligere hujus Sacramenti susceptionem, non esse mortale, sed veniale, docet communis; quia hoc Sacramentum non est necessarium ad salutem, sed tantum utile, & nullibi constat de præcepto, *Mastr. disp. 22. n. 79. contra Poncium.*

3923 Effectus hujus Sacramenti sunt. 1. Augmentum gratiæ sanctificantis. 2. Auxilia contra dæmonum tentationes. 3. Remissio venialium primario, & per se. 4. Remissio etiam mortalium, secundario tamen, & per accidens, puta si infirmus reperitur cum peccatis mortalibus, quod invincibiliter ignorat, quatenus bona fide confessus est; sed ob aliquem defectum essentialem, quem invincibiliter ignorat, confessio sua invalida. Idem contingere potest in amente, qui ante incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attentionem. Tunc per accidens hoc Sacramentum confert primam gratiam, juxta illud, *Si in peccatis sit, remittentur ei.* 5. Est absterisio reliquiarum peccati, ex *Trid. sess. 14. c. 2. Peccatum reliquias*, ex D. Thoma, sunt languor animi, torpor, moror, tristitia, fastidium, & anxietas, & veniales affectiones, quæ ex peccatis præteritis oriuntur, & in confusionem inducere. 6. Est alleviatio infirmitatibus ægritudine corporis.

3924 Hos effectus causari in quinta unctioe, docet Diana, Aretinus, & alii; quia tunc Sacramentum est completum. Mastrius vero cum aliis vult, in singulis unctioibus causari gratias parciales, unam independentem ab aliis; de quo *Scholasticus*. Illud est certum, hoc Sacramentum esse unum unitate integritatis, non indivisibilitatis, Scotus in 4. d. 23. *quest. un. Mastr. disp. 22. Ardekin tom. 2. pag. 274. Tamb. tom. 2. l. 6.*

DE ORDINE

Fuse actum est in Exam. Ord. tom. 3. à pag. 607. cap. 1.

DE MATRIMONIO CAPUT I

De sponsalibus.

3925 Sponsalia sunt, promissio deliberata, & mutua signo sensibili expressa, futuri matrimonii, inter personas iure habiles.

Hinc ad valorem. 1. Non sufficit propositum, quia non inducit obligationem; sed requiritur promissio: v. n. 1785. 2. Non sufficit, si unus promittat, alter pure acceptet. 3. Requiritur ætas septenni, quia tunc præsumitur usus rationis, ut promissio sit voluntaria, & deliberata: v. n. 1689.

3926 Si parens, aut curator contrahat sponsalia de futuro pro filio, aut filia præsentem, & non contradicente, valida sunt sponsalia, nisi addit metus, quia jus accipit taciturnitatem pro expressione consentus. Si vero contrahat pro absente, tunc si filius, aut filia est pubes, aut sponsalia sint valida, et si filia est pubes, aut sponsalia sint valida, quando scit, expresse, vel tacite aliquo signo sufficienti ratificat. Si est impubes, valida sunt sponsalia sine ejus consentu inita; quando tamen est factus pubes, tenetur illa implere, non ex necessitate contractus, sed ex debito honestatis: v. numer. 1579.

3927 Sponsalia valida obligant sub mortali, ut una pars contrahat matrimonium, quando ab altera requiritur, nisi præfixus sit terminus. Et qui recusat, potest cogi à Jureco etiam per conversas.

3928 Si quis dicat: Non ducam aliam, quam te, non sunt sponsalia; quia illa verba sunt verba, etiam si nullam ducat.

3929 Qui promissis simulata aliquam ducere, per se non tenetur ad nuptias, sed dandum inde ortum componere. Si autem sub tali promissione tuam induxit ad copulam, tenetur eam ducere, nisi illa esse longe superioris conditionis, v. gr. si vir esse nobilitatis, illa agricola filia; sed satisficit dotando. Quod si illa sua disparitatis conscientia consensit in copulam, amissa jus ad dotem, quia consensu ipsi utro decepi voluisse: v. n. 2142.

3930 Sponsalia posteriora contra priora, etiam si jurata, aut copula accesserit, sunt invalida.

3931 Liberi, qui parentibus insensiti contraxerunt sponsalia, etiam cum iis, qui impari sunt conditionis, obligantur, nec à parentibus impediri possunt, nisi magnum scandalum ex matrimonio timeretur, Diana p. 9. tr. 7. ref. 71.

3932 Resiliens culpabiliter à sponsalibus, perdit suas arras, & tenetur ad alterius partem reddendas, ac ad restitutionem, quanti ejus intererat talem contractum impleri: v. n. 3928.

3933 Ubi Trid. non est receptum, sponsalia iure antiquo transeunt in matrimonium per quovis signa externa maritali affectum exhibita; v. gr. per copulam: ubi vero Trid. est receptum, hæc signa non tenent, nec sunt licita, si sint clandestina sine Paroco, & testibus: vide nu. 542. & 1238.

3934 Habet tamen matrimonium clandestinum vim sponsalium validorum, ita ut teneantur matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si contrahentes sint impuberes, minime si sint puberes, quia Trid. sess. 24. cap. 1. de matr. declarat omnino inhabiles ad contrahendum clandestine contrahentes. Tamb. contra Averlam, qui vult, ex matrimonio clandestino etiam inter puberes resiliatur sponsalia valida, Clericus cap. 147. n. 15.

3935 Ligati aliquo impedimento dirimenti non possunt valide sponsalia inire, nisi sub conditione dispensationis obtinenda; & tunc ante dispensationem nullum valorem habent, nec publicam honestatem inducunt; unde dispensatione obtenta, requiritur novus consentus ad sponsalia. Ex quo fit, quod si ante dispensationem contraxisset quis cum alia, cum qua nullum impedimentum habet, contrahere deberet cum hac secunda.

3936 Ad sponsalia non requiritur determinata forma, sed sufficit consentus utriusque expressus verbis, aut signis, juxta morem patriæ.

3937 Interditi possunt valide inire sponsalia, non sic publice excommunicati excommunicatione majori; qui tamen possunt valide matrimonium inire, sed illicitè, Clericus cit. n. 12.

3938 In sponsalibus apponi possunt conditiones, quæ sunt honestæ, non prohibitiæ, nec matrimonialis libertati repugnantes. Unde non possunt apponi pæna, v. gr. ut qui promissis non steterit, solvat gemmam centum aureos, &c. nec potest accipi pignus; quia repugnat libertati, ac proinde prohibita, cap. Gemma, de sponsalibus.

Non sunt autem prohibitiæ arras, sed licitæ, si contrahentes non sint minores, sed excedant annum vigesimum quintum. Arras sunt sponsalium largitiæ, quæ acti in sponsalibus traduntur in benevolentiam, & matrimonii securitatem.

Possunt dari arras ab uno tantum sponsali, cum obligatione, ut si alter recusat adimplere spon-

sponsalia, arras resiliatur, & ulterius eandem valorem, vel etiam duplum, tripulum, aut quadruplum, non ultra, l. fin. C. de sponsalibus. Et tunc arras, aut ejus valor resiliat debet in conscientia à recusante absolute legitima causa; duplum vero, tripulum, aut quadruplum non debet ante sententiam Judicis. Ita Clericus cap. 147. num. 6. & 7. n. 3932.

DISSOLVUNTUR SPONSALIA

Per octo causas.

3939 1. Per matrimonium validum cum altera ininitum: quod quidem, licet suppositis sponsalibus cum alia, sit injussum, & peccaminosum, est validum.

Matrimonium post sponsalia cum una, contractum cum alia, nescim extranea, verum etiam consanguinea Sponsæ extra primum gradum, est validum, & sponsalia dissolvuntur, quia talis consanguinea est Sponsa extranea; nam impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus validis non extenditur, ex Trid. ultra primum gradum, v. n. 4117.

2. Per mutuum remissionem prioris promissionis, si sponsi sint puberes; minime, si sint impuberes, cap. de illis, & cap. A nobis, de spons. impub. v. n. 4115.

3. Per impedimentum dirimens superveniens.

4. Per enorme crimen unius partis solvuntur sponsalia ex parte innocentis: tale crimen est hæresis, homicidium, furtum grave, fornicatio; & hæc quidem ante sponsalia ex parte sponsæ commissa, si fuerint à sponso ignorata. Imo si sponsa libere patiatür ab altero tactus impudicos, oscula, & amplexus, potest ipsos resiliere: non potest autem sponsa resiliere, nisi eadem sponsus exerceat, nisi fiat in istis valde enormiter notorius; quia actus illi in sponso non ita redundant in dedecus sponsæ, sicut vice versa redundare solent: v. n. 2140.

5. Si superveniat notabilis mutatio, quæ ab initio cognita à contrahendis sponsalibus deterruisset, ver. gr. odium grave inter sponsos, insignis morum asperitas, periculum valde probabile, quod ex matrimonio sint ortura scandala, aut gravia odia inter parentes, aut alios amicos.

6. Si alteruter incidat in morbum, qui solet esse peremptus, aut valde dururnus, ut morbus caducus, gallicus, lepra, &c. aut sponsa mutiletur, aut enormiter deformetur; aut

Examen Ecclesiast.

sponsalia amissione officii, vel alio modo reddat ineptus ad rei familiaris sustentationem.

7. Si magna alterius partis debita detegatur, aut sponsa promissam dotem præstare nequeat, vel sponsus cum magno sponso incommodo incipiat vagari, aut sine ejus licentia ad longinquas terras proficiatur; quia tunc merito censetur juri suo renunciare.

8. Dissolvuntur sponsalia etiam jurata per ingressum alterius in Religionem, aut per votum ingrediendi, aut Ordinis sacri susceptionem.

3940 Quando dictæ causæ sunt manifestæ, possunt sponsalia dissolvi sine auctoritate Judicis. Quod si sponso cognitio suo jure resiliendi, nihilominus carnaliter cognovit sponsam, censetur tacite juri suo renunciasse, & sponsalia ratificasse.

3941 Si sponsa superveniat nova hæreditas, ita ut sponsi fiat jam illi inæquales, non ideo habet jus resiliendi, quia non est deceptus in conditione sponsæ, in qua nulla est facta mutatio. Idem est de sponsa, si ipsi nova superveniat hæreditas. Hæc Ardekin in rom. 2. pag. 282. ex Balsem. tr. 6. c. 1. de sponsalibus.

3942 Sufficit ad dissolvendum sponsalia timor exheredationis paternæ, oris graveolentia vulgo notabile peccata delicti, aut copula carnalis per vim illata sponsæ, Clericus cap. 147. quia licet sponsa non peccavit, est tamen facta valde vilis, & asserti sponso notabile dedecus: v. n. 4115.

3943 Ad Judicem autem Ecclesiasticum spectat cognoscere, an causæ sint legitime ad dissolvendum sponsalia. Tales censentur, ubi de malo extu timetur, Clericus cit. n. 19. ex cap. Ex his 11. de sponsalibus. Quia Judex Ecclesiasticus est Judex competens, quando agitur de validitate, aut invaliditate, licet Laicus sit Judex competens, si agatur de executione, Clericus cap. 147. n. 5.

3944 Sponsalia per subsequens matrimonium validum dissoluta, probabilis est non esse extincta, sed suspensa, ita ut mortua conjugæ, teneatur, qui fidem fregit, ad sponsalia priora, si pars læsa velit nubere, aut Maltrius disp. 20. n. 82. & Brancatus contra Bonac. & Tancr. ut in simili dicitur de eo, qui contraxit matrimonium cum voto simplicis castitatis.

3945 Qui post sponsalia cum una, contrahit sponsalia cum alia, cum qua insuper habet rem; tenetur ducere primam, & docere secundam, si hæc erit virgo; aut si non virgo, eam publicitate debonestavit; nisi prima charitate mota suis sponsalibus cesset, ut vir secundam duceret, Sanchez de

Ec Matr.

Matr. tit. 8. disp. 49. Diana part. 11. tr. 2. v. 70. quia per priora sponsalia vir erat alteri macti districtus, & secunda mulier per copulam non acquisivit jus in rem alterius. Et contra Caltrapal. & Pontium apud Clericum *cit. n. 21.* qui volunt, quod teneatur ducere secundam, si hinc erat infamia priorum sponsalium, & idque ad reparandum nimum damnum secundum.

3946 At si moriatur prima, tunc habet locum secunda opinio, quod ad reparandum damnum teneatur ducere secundam. Quod si cum hac secunda non habuit rem, non teneatur eam ducere; quia posteriora sponsalia instantibus prioribus fuerunt invalida, & quod ab initio non subsistit, tractu temporis non convalescit, *cap. Placet, de Conv. conjugat. Clericus cit. n. 22.*

3947 Qui post votum simplex castitatis deservit puellam sub promissione matrimonii, teneatur ad votum, *Rodr. in sum. tom. 1. cap. 28. n. 11. Diana in sum. ver. Ingress. Religiosis n. 3. contra Leandrum de matr. tr. 2. disp. 2. q. 5. quia hujusmodi promissio, aut sponsalia sunt contra jus à Deo jam acquisitum, adeoque iniqua, & invalida; sicut à pari, qui post promissionem conjugii, aut sponsalia, emittit votum simplex castitatis, teneatur ad sponsalia, Villal. tr. 12. disp. 12. n. 9. Navar. Sanch. Filiuc. contra Leandrum *cit. q. 6.* quia votum est de re alteri promissa, nec Deus acceptat promissionem in præjudicium tertii; ita à fortiori, si votum sit prius, standum est pro voto.*

3948 Sponsalia ab initio invalida, & sponsalia ab initio valida, quae postea mutuo consensu dissolventur, in hoc differunt, quod invalida non parient impedimentum publice honestatis, bene vero valida: quod impedimentum durat etiam post dissolutionem mutuo consensu factam. Clericus *cap. 142. nu. 12. v. n. 4115. & à n. 4125.*

Scotus in 4. d. 28. q. un. litt. B. C. d. 30. q. 2. & Muller *disp. 20. q. 4.* Leander *tract. q. disp. 1. & 2.* Tancr. *rom. 1. de matr. lib. 1. Tamb. 10. 2. lib. 8. tr. 3.* Bufemb. & Clericus *cit.*

CAPUT II.

De Matrimonio secundum se.

3949 **M**atrimonium est contractus, & describitur, quod sit Sacramentum inter baptizatos, quo vir, & mulier sibi mutuo legitime corpora sua tradunt, ad perpetuam vitam conjugalem, & remedium concupiscentiae.

3950 Hinc ad matrimonium requiritur. 1. Mutuus consensus contrahentium de presenti ad differentiam sponsalium, ubi consensus est de futuro; & ideo sponsalia contrahuntur per verba de futuro: *Ducam te in uxorem, Ducam te in maritum;* Matrimonium per verba de presenti; *Duco, seu volo te in uxorem, Duco, seu volo te in maritum.*

2. Requiritur, quod consensus sit expressus per signa externa sufficientia, sive consistant in verbis, sive in alio signo, & sive fiat immediate per ipsos contrahentes, sive mediate per procuratorem.

Si Parochus ex errore lingue dixit sponso an vellet ducere foemnam, ver. gr. Rosam in maritum, & sponsam affirmavit, validum est Matrimonium, quia [ut volentis] jam ex circumstantiis apparet, quod sponsus Sponsam sit ducendi foemnam in uxorem, Gobat *tom. 1. tr. 10. n. 394.*

3. Quod talis consensus sit inter personas non legitime impeditas. Ex jure positivo requiritur aetas pubertatis, de qua in n. 1079. alioquin erit nullum.

4. Denique requiritur praesentia Parochi, & duorum testium, cum illis verbis: *Ego vos conjungo, &c.* alias erit matrimonium clandestinum, & novo jure Tridentini nullum: v. n. 1236. 3932.

3951 Ministri hujus Sacramenti sunt ipsi contrahentes; materia vero, & forma est eorum mutuos consensus, hoc modo, quod materia, & proxima, est mutuo consensus, quatenus habet rationem traditionis corporum, forma vero est idem consensus, quatenus habet rationem acceptationis: materia remota sunt ipsa corpora contrahentium.

Effectus hujus Sacramenti est gratia sanctificans, videlicet augmentum gratiae; unde ipsi contrahentes debent esse in gratia, alioquin peccant mortaliter; quia ponunt obicem gratiae, quam Sacramentum causet.

3952 Matrimonium dicitur ratum, quando contractus est factus modo explicato, sed non est secuta copula. Dicitur consummatum quando est secuta copula. Unde matrimonium ratum, & consummatum, non differunt essentialiter, & in ratione Sacramenti; sed accidentaliter penes copulam secutam, vel non secutam.

3953 Certum est, validum esse matrimonium inter abentes per procuratorem initum: ex *cap. fin. de Procur. in 6.* quia matrimonium non fuit à Christo semotum à linea contractus, sed contraheatur ipse vir elevatus ad lineam Sacramenti, seu ad causandam gratiam.

In

3954 In procuratoribus non requiritur divertitas focus, sed possunt esse duo viri, vel duae mulieres: quia non contrahunt nomine proprio.

Procuratori potest quis dare mandatum consentiendo in eam, quam ipse procurator in uxorem mandantis elegerit, Clericus *c. 141. num. 8.*

3955 Procurator autem debet ad amissum servare tenorem mandati; ita ut si excedat, aut deficiat, invalidum fit matrimonium.

3956 [Quod si expedito procuratoris mandato] ait Clericus *cit. numer. 9.* [mandans revocet consensum, sed Procurator infensus revocationis praedictae, contrahat matrimonium nomine ejusdem mandantis? Resp. Matrimonium esse nullum, quia in negotiis civilibus valent gesta per Procuratorem revocata, quando revocatio nec Procuratori, nec parti nota est, *leg. si mandatum, ff. mandati;* tamen secus est in matrimonio, & ratio diversitatis est, quia in temporalibus, & mere politicis Republicae suppete potest consensus contrahentium, non autem in Sacramento matrimonii, de cujus essentia est, ut interveniat verus, & realis consensus conjugii, Tamb. *d. c. 4. §. 1. num. 5. 6. & 7.*

3957 Item, si expedito mandato, antequam Procurator contrahat, mandans fiat amensurus esse asserere, quod matrimonium sit nullum, Diana *part. 3. tract. 4. resol. 240.* Tambur. *de matr. tract. 4. cap. 4. à numer. 11.* Clericus *cap. 141. n. 11.* quia deficit verus consensus realis. Sermo autem est de vera amentia; minime de phrasi ad tempus: haec nanque [ut recte advertunt relati Doctores] equiparatur ebrietati, quae hominem à statu humano non amovet.

3958 Et quamvis Tambur. *cit. §. 2.* cum Casp. rop. teneant, posse matrimonium contrahi per epistolam, quae sponsus scribat sponsae, *se eam ducere in uxorem;* recte ait Clericus *cap. 142. num. 12.* hunc modum non esse praestandum, tam quia utriusque consensus praestari debet coram Parocho, & testibus, ad quod non videtur sufficere epistola; quam quia hic modus est expolitus fraudibus, & falsitati. Ita ille.

DE TRIBUS BONIS MATRIMONII.

3959 **F**ines primarii, seu bona ad substantiam matrimonii ex institutione Christi requisita, sunt tria, videlicet, Sacramentum, fides, & proles; adeoque, ut quis valide contrahat, necesse est, ut saltem implicite intendat se obligare ad indissolubilitatem, seu perpetuitatem, ad fidem servandam conjugii, & ad prolem studioso non impediendam per media illicita, sed grateram eam acceptandam, ac religiose educandam, si eveniat; ita ut, si omnem, aut unam tantum obligationem ex praedictis tribus positive excludat, v. gr. si positive habeat animum non se obligandi ad fidem servandam, aut ad bonum proles, etiam per intentionem mente retentam, invalidum fit matrimonium ex defectu consensus, qui est de substantia contractus, Scotus *in 4. d. 34. q. un. §. Ad quaestiones, litt. A. & E. v. n. 2450.*

3960 Si vero quis, dum matrimonium contrahit, habeat intentionem saltem implicitam se obligandi ad praefata tria bona, sed simul habuit animum talem promissionem & obligationem non servandi, mortaliter peccavit; sed validum est matrimonium. Exemplum: Puella parturientium doloribus exterita, quando matrimonium contrahit, habuit saltem implicite animum se obligandi ad bonum proles, sed simul habuit intentionem hujusmodi obligationem non exequendi, sed impediendi; & in effectu studioso sumpsit medicinam terribilitatis inducivam, peccavit quidem, sed validum est matrimonium, Scotus *cit. & disp. 30. que. 2. art. 2. D. Bonav. in 4. d. 31. art. 1. que. 3. D. Thomas in 4. d. 31. q. 1. art. 3. Tancr. rom. 1. lib. 2. disp. 29. in 4. ad 7. Tamb. lib. 8. de matr. tr. 4. e. 2. §. 3. & c. 6. §. 6. Bufemb. 1. 6. tr. 6. c. 2. dub. 1. n. 5. & Conn.*

3961 Ratio est; quia intentio se obligandi ad substantialem contractus, se tenet ex parte actus primi, & inde est de essentia contractus; intentio vero obligationem exequendi, sicut & ipsa executio, se tenet ex parte actus secundii; actus autem secundus accidit actui primo, & ideo ejus defectus non tollit; sed stat cum substantia contractus, ut in simili dixi de juramento, & voto n. 1561.

3962 Hac ratione plures Sancti validum matrimonium interunt, & illibatam castitatem servaverunt, quoniam mutuum consensum corporum separari potest ab usu; pro quo crimino lege Scotum *in 4. d. 20. q. 3. litt. D.* ubi satis docte ostendit, quo pacto validum fuerit matrimonium B. Virginis cum S. Joseph, & inviolatum castitatis votum remanserit.

CAPUT III.

De consensu conditionato.

3963 **C**ertum est ex dictis, conditiones contra tria bona matrimonii irritare matrimonium, quia destruant ejus substantiam, sine qua consistere non potest.

Unde non valet matrimonium. 1. Sub hac conditione, *Contraho tecum, donec aliam pulchriorem reperiam*; quia est contra bonum Sacramenti. 2. *Contraho tecum, si te adulterandam tradideris*; quia est contra bonum fidei. 3. *Contraho tecum, si vitabis generare, vel educare prolem*; quia est contra bonum prolis, Clericatus c. 142. n. 16. Adeoque sermo est de aliis conditionibus. Pro quibus,

3964 Matrimonium contractum sub conditione de presenti, vel praterito; *Tecum contraho, si praedatum, quod mihi dixisti, habes; sponsum ad Regem habuisti*, non suspendit consensum, quia vel ita est, vel non est; si ita est, contractus est validus; si non, invalidus. Item non suspendit consensum conditio de futuro necessario, v. gr. *Te duco, si eras sol orietur*; vel de futuro contingenti certe futuro, v. gr. *Si Antichristus nascetur*; quia aequivalet necessario.

3965 Validum est matrimonium contractum sub conditione de futuro contingenti turpi, quae non sit contra substantiam, seu tria bona matrimonii; v. gr. *Duco te, si praedatum alienum, quod invito domino detines, non restitueris*. Vel sub conditione impossibili; quia haec conditiones habentur pro non adjectis, ex cap. final. de condit. appof.

3966 Matrimonium iurum sub conditione de futuro contingenti haereticis; v. gr. *Te duco, si tuus pater confessoris, & detaverit*, &c. est validum, posita conditione. Sed conditione purificata, probabilis est, quod requiratur novus consensus absolutus coram Parocho; quia prior, licet fuerit per verba de presenti, cum fuerit conditionatus, fuit imperfectus, ac proinde habet rationem sponsalium. Ita Tamb. tom. 2. pag. 144. num. 5. cum Diana contra Sanchez, Lugo, & alios, qui non requirunt novum consensum, ac proinde tenent, quod prior consensus conditionatus fieri debeat coram Parocho, & testibus, quia habet rationem matrimonii; v. num. 2055.

3967 Haec tamen sint dicta pro intelligentia valoris matrimonii; ceterum in praxi nullo pacto conditiones sunt a Parocho permittendae; quod si aliqua sit conditio purifi-

canda, expectare faciat, & ea purificata, per consensum absolutum contrahant.

CAPUT IV.

De solemnitatibus Matrimonii.

3968 **S**olemnitates Matrimonii aliae sunt substantiales, sine quibus invalidum redditur matrimonium; tales ex jure Trid. est praesentia Parochi, & duorum Testium. Aliae accidentales, sine quibus validum est, sed illicitum Matrimonium: tales sunt denunciationses, & benedictio.

DENUNCIATIONES

3969 **F**aciendae sunt a Parocho, vel ab alio de commissione Parochi, in Parochia utriusque contrahentis, tribus diebus festis, sed non immediatis, puta tribus Dominicis; posse tamen tribus diebus festis immediatis, ver. grat. tribus festis Paschatis, tenent plures; sed praxis est de mediatis.

3970 Possunt fieri intra Missarum solemniam, vel tempore concionis, aut alio tempore.

3971 Denunciationses obligationem sub mortali inducunt, ut qui scit impedimentum aliquod, teneatur illud revelare, etiam si sciat sub secreto naturali, aut sit occultum: ut in ro. 2. pag. 506. n. 61. excepto secreto Sacramentali.

3972 Qui post factas denunciationses, intra quatuor menses matrimonium non contraxit, non potest contrahere, nisi novas denunciationses permittat a dextro Episcopo. Ex declar. Card. Fenech. de debito; quia intra tam longum tempus, potuit impedimentum aliquod, maxime astitatis, de novo contrahi.

3973 Denunciationses omittit sine dispensatione Episcopi, est mortale, nisi committatur sola tertia denunciatio, in casu quod nullum sit periculum.

3974 Causae, ob quas possunt Ordinarii dispensare, ad duo genera reducuntur. 1. Si adit probabilis suspicio, ne matrimonium malitiose impediatur. Ex Trid. sess. 25. c. 1. de reform. 2. Si imminet grave periculum animae, corporis, vel famae ipsorum contrahentium; Clericatus c. 142. n. 4. qui subdit:

(In specie autem a Canonibus solent notari sequentes causae, videlicet. Primo, inaequalitas contrahentium, ubi nobilis ducit ignobilem, dives pauperem, senex juvenem. Si concubinarium in articulo mortis ve-

lit

lit in uxorem ducere concubinam ad legitimam prolem; quo casu solus Parochus dispensare potest, si tempus non permittat accessum ad Episcopum, vel Vicarium. Tertio, si puella sit sub tutore, qui malitiose differat ejus matrimonium. Quarto, si puella deflorata fuerit à sponso, quem timor sit, si differatur, eam amplius non esse ducturum. Quinto, si imminuat tempus Adventus, vel Quadragesimae, dummodo malitiose ei approximatum non extiterit. Sexto, si matrimonium contrahendum sit inter Magnates, de quorum nullo impedimento factis manifeste constat.)

3975 Quando autem Ordinarius denunciationses dispensat, debet examinare extrajudicialiter duos testes.

3976 Ad impediendum matrimonium sufficit unus testis etiam ex auditu, qui impedimentum, aut ejus suspensionem denunciaet; debet tamen testimonium esse juratum, quamvis secretum. Et tunc Ordinarius debet superfedere, & interim debitas diligencias pro veritate adhibere.

BENEDICTIO SACRAMENTALIS

3977 **S**uscipitur à sponso post primum matrimonium ratum, ante consummationem.

Eam omittit sine causa, per se non est mortale, fed veniale, seculo contempto, Clericatus cit. cum Com. quia benedictio est quid solum Sacramentale, nec de ejus obligatione constat.

In secundis nuptiis non suscipitur benedictio, si unus ex sponso benedictionem susceperat, Sed recte addit Clericatus servandam esse consuetudinem.

3978 Tempore Adventus, Quadragesimae & interdicti localis generalis, conjuges non sunt benediciendi; v. n. 4410.

3979 Denique Trid. sess. 24. cap. 1. decernit (Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive secularis, etiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendant, alterus Parochiae Sponsos, sine illorum Parochi licentia, matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandiu suspensus maneat, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvetur.)

Unde à dicta suspensione potest nisi ab Episcopo absolvi.

Si Sacerdos de licentia Parochi alienum Parochianum benedicat, aut ejus matrimonium assistat, ipse Sacerdos, & non Parochus

Examen Ecclesiast.

suspensionem incurrit, Clericatus cap. 123. n. 154. quia Conc. Trid. in assilentem suspensionem indigit.

CAPUT V.

De Impedimentis Matrimonii.

3980 **I**mpedimenta sunt duplicis generis, videlicet Impedimenta tantum, & Dirimentia. Priora matrimonium illicitum reddunt, non invalidum. Posteriora vero illicitum, & invalidum.

IMPEDIENTIA SEX.

3981 **E**cclésiæ vetitum, nec non tempus feriarum. Arque catechismus, crimis, sponsalia, votum.

Impedunt fieri, permittunt facta teneri. 1. *Ecclesiæ vetitum* est prohibitio Episcopi, aut Parochi. 2. *Tempus feriarum*, de quo in num. 2977. 3. *Catechismus*. Jure antiquo inter baptizandum, & cum tenentem, seu pro respondente in instructione fidei ante januam Ecclesiæ, orbatur quaedam spiritualis imperfecta cognatio; sed hodie hoc impedimentum est sublatum per Trid. sess. 24. cap. 2. v. n. 3093.

4. *Sponsalia contracta cum una impediunt matrimonium cum aliis, nisi prius rite sint dissoluta.*

5. *Votum simplex castitatis impedit matrimonium; & qui cum eo contrahit, peccat, & impeditur à petitione debiti: ut infra à num. 4264. de imped. actus conjugalis ex voto.* Et licet dispensetur ad petendum debitum, mortua uxore, semper remanet aliam impedimentum in ordine ad aliam; nam votum per subsequens matrimonium suspenditur, non extinguitur.

6. *Crimis*: crimina impediencia sunt septem.

Incestus, raptus sponse, mors mulieris, Susceptio propria sobolis, mors, presbyterialis, Vel si pariter solemniter, aut Monialiter Accipiat, prohibent haec conjugium sociandum.

Incestuosum consanguineis conjugis, aut cum propriis, non solum contrahat impedimentum dirimens cum illis personis, etiam quas orta est affinitas ex copula, sed etiam (si iuceitis sit publicus) in penam impediatur nubere cum omni alia persona mundi: sic Respiciens sponsum alienam, nec cum ea, nec cum alia licite contrahere potest; Occidens pri-

Et 3 priam

3984 Puella *vovit Religionem, & Virginitatem, ut ab defectibus dotis Monasterium non peverit, An possit nubere?*
Resp. vel *vovit* Virginitatem, seu castitatem dependente a Religione, vel independentem: Si independentem, non potest nubere; potest nubere, & non tenetur ad castitatem huiusmodi est. 1. Si *vovit* Religionem, ut facilius castitatem servaret. 2. Si ita *vovit* castitatem, ut illam non *vovisset*, si non sperasset se recipendam in Religionem, & ibi perseveraturam; tunc, inquam, cadente voto Religionis, cadit votum castitatis.

3985 In dubio, an votum castitatis sit dependens a voto Religionis, standum est pro libertate, quod sit dependens, iuxta dicta de voto, n. 1902. Gobat n. 3. de voto n. 304.

QUERES II.

3986 Juvencus vehementer carne uxuratur, & frequenter cadens, quomodo advertitur nuptias

sibi utiliores, votum castitatis emisit, quod sepe violat, An hoc votum sit invalidum?

Calum proponit Gobat tom. 3. de voto c. n. 268.

Elle invalidum, tenent Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. p. 1. n. 26. Gobat cit. & apud ipsum Ledema, Homobonus, Trull. & alii nonnulli. Idem dicunt de voto Religionis, non nubendi. & c. quia in his circumstantiis votum non est de meliori bono: v. n. 1816.

Hanc opinionem firmare conatur Gobat aliis duobus casibus.

PRIMUS

3987 An conjugatus impeditur a petitione debiti ob votum, aut inchoatum, aut cognitionem spiritualium, posse petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitur, nec exponatur periculo labendi in peccato luxurie?

Ad quod licet communior sententia neget, affirmat Quintaadvennas, quia fuit votum, sic ejus observatio esse debet de meliori bono; unde licite in principio fuerit validum, cessat obligare, quoties observatio non est de meliori bono; & lex humana non est crudelis, nec est vinculum iniquitatis. Unde tunc nec lex, nec votum obligat, quia observatio voti est cum periculo proximo labendi in peccata luxurie ab intrinseco mala; non observatio vero, videlicet petitio debiti, non est ab intrinseco mala; sed ab extrinseco, ex voto, aut lege humana; adeoque tunc observatio non est de meliori bono, sed de contra.

3988 Tum quia conjux (ait Gobat) impeditur voto castitatis, aut incetui cum sanguine sua uxoris, licite petit ab hac debitum, quando videt periculum incontinentiæ illius: ita quando videt proprium. Quam sententiam tenet Quintaadvennas, etiam si facilius dispensatio obtineri posset, quia fundatur in hoc, quod tunc cessat obligare lex, aut votum.

3989 Caterum hac sententia non est practicanda, nisi in casu, quo non possit tunc dispensatio ad petendum obtineri, & periculum sit in mora; tunc solum habere potest locum epikeja.

SECUNDUS

3990 An conjugatus possit coovere se non peccatum debitum, & postea concubere in eodem lecto?

Respondent Stephan. a S. Paulo, & Franc. Bonae spei, apud Gobat. cit. Tale votum habere solum pro ea parte, qua *vovens* potest licite vitare occasiones proximas illud infringentes; nam qui

qui *vovit* unum, *vovit* virtualiter alterum, ut pote ab eo inseparabile. Unde si ille cognoscit, cubitum in eodem lecto esse sibi periculum proximo labendi non concubere, si non petat, & non possit licite non concubere, quia conjux non consentit, sed vult concubere; tunc votum pro ea parte est nullum, sicut votum de non concubendo; adeoque tunc votum de non petendo debitum non obligat, quia à debiti petitione sine peccato abstinere non potest; tunc namque vel deberet negare cubitum in eodem lecto, quod sine peccato negare non potest, conjugum illud volente; sicut sine peccato redditionem debiti negare non potest, conjugum illud volente: vel deberet concubere, & sic se exponeret periculo proximo labendi in peccata luxurie; quod patitur sine peccato facere non potest. Ita fere dicuntur.

QUOD CASUM AUTEM PRINCIPALEM DE JUVENE

3991 **C**ommunior sententia docet, votum castitatis, Religionis, non nubendi, ab eo sub altari circumstantiis emissum esse validum, Ledema de voto tr. 1. d. 13. q. 6. Suarez, & alii; quia tunc illa difficultas provenit ex sola dispositione subiecti, cooperante libertate voluntatis ejus, minime ex parte materiae voti, fidelis autem Deus est [ait Apoll. ad Cor. 20.] qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Et idem Apoll. rogantia vehementibus stimulis carnis liberari, non indultus Deus; sed respondit. 2. ad Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.

3992 Quod si ita non esset, nulla esset professio emissa ab eo, qui erat tentationibus vehementer vexatus: Et obligare desineret, sita sita vexatio de novo contingeret. Religioso ita disposito, ut sub ea professione non emisset, & sic spoliaretur Religiosorum claustra, quod nemo dicit.

3993 Talis igitur difficultas dat causam ad dispensationem petendam.

3994 Gbat autem addit, aliam opinionem non esse sperendam; & propterea [ait] si juveni illi offerretur matrimonium; quod recusare non posset sine prudenti timore se alium aptum brevi non reperiturum, illud non denegarem sine dispensatione, dummodo contraherem cum animo illam quamprimum petendi, saltem ad cautelam: Ita Gobat cit.

IMPEDIMENTA DIRIMENTIA

3995 **A** Næ Trii, erant duodecim, Trid. addidit alia duo, & sunt, **Raptus** & **absentia Parochi**: & duorum restium; adeoque modo sunt quatuordecim, his expresse verbis: **Error, coactio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen bonas.**

Si sit affinis, si forte coite nequibit.
Si Parochi, & duplicis desit presentia testis, Raptus sit mulier, nec paritredita tuta.
Hæc facienda venant cohabitatio, facta retrahant v. n. 3538.

3996 Quinque sunt inducta jure natura, & sunt, **Error, impotentia perpetua, contagiositas in primo gradu lineæ rectæ, pua matris cum filio, patris cum filia, vis, & ligamen**; quæ sunt dispensabilia; & locum habent in matrimonio infidelium: Reliqua sunt inducta jure Ecclesiastico, adeoque sunt dispensabilia à summo Pontifice, & locum non habent in matrimonio infidelium, quia jurisdictioni Ecclesiæ, ejusque legibus non subducuntur: v. de Imped. Cognat. n. 4047.

ERROR

3997 **E** St duplex: In substantia persone, & in qualitate persone. In substantia persone, cum quis putans ducere unam, ducit aliam, v. g. putans ducere Catharinam, ducit Rosaliam: In qualitate persone, cum quis ducit eam personam, quam putat, sed non sub ea qualitate, quam eam puet habere, v. gr. putans ducere Catharinam Virginem, pulcherrimam, divitem, & c. ducit Catharinam non Virginem, deformem, pauperem, & c.

3998 Uterque error potest esse antecedens, aut concomitans. Antecedens est ille, qui dat causam contractui, ita ut eo non habito contractus non fieret. **Concomitans** est ille, qui conjugitur cum contracto; videlicet habetur, quando fit contractus: sed non est causa ejus, ita ut, si error non esset, adhuc contractus fieret: v. tom. 2. pag. 468. d. n. 375.

3999 **Error in substantia persone, sive antecedens, sive concomitans, invincibilis, aut vincibilis, jure naturæ dirimit matrimonium, quia auferit consensum circa rationem substantialem per se requisitam ad matrimonium; tollit enim voluntarium, & libertatem; cum nil voluitur, quin per cogitatum.**

4000 **Error in qualitate persone, sive antecedens, sive concomitans (qualitate servitutis excepta) non dirimit matrimonium, quia non facit illud involuntarium simpliciter, sed solum**